ue Histriones ad fabulas agendas: vicissimque e scena [illegible] reuertebantur. Vnde Actuum in Latinis Comœdiis internoscitur distinctio: sicut in Græcis choro in Orchestram demigrante.

Scena. Scenam etiam vocant Comici, quicquid duæ pluresve personæ sermonis integri & absoluti colloquuntur. illicque finitur scena, vbi aut aliqua persona introgreditur, aut alia ad forum, aut aliò quolibet ad viciniam currit.


Actus. Actus vnus plures scenas comprehendit. Estq; in Comœdia Actus, pars quodãmodo absoluta & integra, nondum tamen rem omnem finiens, sed ita dimidiatam relinquens, vt respirent spectatores, & facilius commutetur quicquid in reliquis Comœdiæ partibus superest. Id autẽ, actus commutare dicebant. Interea Mimi dicteria & diuerbia referebant: recitabantúrque nescio quæ iocularia, quæ populum noua oblectatione afficerent. Comœdiarum

Actio. recitatio in scena, Actio dicebatur, vnde etiam qui age-

Actores. bant, & fabulas pronuntiabant, Actores dicti: qui & Comœdi, Histriones, Ludiones, Ludij, & Hypocritæ, id est alienæ personæ simulatores.

NOMINVM COMICORVM RATIO, PER EVNdem Theodoricum.

Nomina aut hęc aut illa cur sint personis Comicis indita.



ON est de nihilo, quòd poëtæ Comici aut hæc aut illa nomina indiderunt suarum personis fabularum. Huius rei amplissima tibi damus testimonia. Donatus in Adelphos: Nomina, inquit, personarum in Comœdiis habere debẽt rationem & etymologiam. Etenim absurdum est, Comicum apertè argumenta confingere, vel nomen personæ incongruum dare, vel officium quod sit à nomine diuersum. Hinc seruus fidelis, Parmeno: infidelis, vel Syrus, vel Geta: miles Thraso, vel Polemon: iuuenis Pamphilus: matrona Myrrhina: & puer, & ab odore Storax: & à ludo, & à gesticulatione Circus: & item similia, in quibus summum poëtæ vitium est, si quid è contrario repugnans contrarium diuersúmque protulerit: nisi per Antiphrasin nomen imposuerit ilocaliter: vt Misargyrides in Plauto dicitur trapezita. Et ferè hoc modo apud alios à poëtis nomina cõponuntur describẽda per Antiphrasin, quod designat Storax.

Idem in Andriam: Semper, inquit, nomina Comicorum seruorum, aut à nationibus sunt indita: vt Mysis, Syrus:

Lesbia. aut ex accidentibus, vt Lesbia, velut ebriosa, à Lesbo insu-


GAUDEO

ndun
t, d
axim
Man
onia.
m Ec
ocris
cta:
rit b
tur a
n Co
Glyc

pro
ic a
nent
eius
uid
um?
blan
: &
ius,
emen
Char
Pr
usi? D
eran
m a
& T
laut
is p
n b
Pla
iè in
acer

st, v
lio q
re l
ipet
adri
iom
o A
Ap
iari
Ana

STAVROSTICHON

hoc est carmen de mysteriis dominicæ crucis nuper in germaniam delapsis Iohannis Francisci Pici Mirandulæ domini & concordię comitis ad

MAXIMILIANVM AVGVST.

Cum Iacobi Spiegel Selestani enarratione ad magnificum & clariss. dominum IACOBVM VILLINGER Elsatem SACRATISS. CÆS. MAIESTATIS AC SERENISS. archiducis Austriæ & inclyti Hispaniarum principis dn. CAROLI archiducis senatorem & magnum thesaurarium.

MAXIMILIANO CÆSARI AVGVSTO INCLYTO
Iohannes Franciſcus Picus fœlicitatem:

¶ Occaſionem dediſti mihi cæſar clementiſſime, ut ea ſtudia quibus olim oblectabar nunc quodam quaſi poſtliminio repeterem, ab eis em̄ tum negociis armorum diuerteram, tum grauiorum ociis literarū diſtentus nuncium remiſeram. Mōſtraſti dum eſſem apud te in germania cruces, clauos lanceas & alia plæraq;, cœleſti quadam nec uiſibili pluuia corporibus deliniata, & quę hac de re tibi etiā literis ſignificata fuerant, qua es facilitate dignatus es e germanica in latinam linguā interpretari. Vidi & ipſe poſtq̄ a tua maieſtate diſceſſi in italiam rediturus multa, quæ non modo fidem rei iam uulgatæ aſtruerent, ſed maiorem multo demirationem incuterēt, & uniuerſam pene germaniam ad cœleſtia prodigia religionis ergō commouerēt. Quo factum ut rem tam celebrem, tam dignam poſteritatis memoria, literarum monumentis, heroicisq; potiſſimum uerſibus in præſentia mandare deſtinauerim. Nil eas ueritus calumnias quas philoſophaſtri funderēt, ignari altiſſimos literarum locos a prima antiquitate metro concelebrari ſolitos, nec apud Platonem & Ariſtotelem ſatis diuerſati. Quorum ab altero epigrammata, ab altero etiā poemata excuſa ſunt, ut ipſius artis poeticę præcepta reticeam. Ipſi aūt theologi nec hymnos eccleſiæ diſſimulent, nec neſciant Naziāzenum. Hieronymum. Seduliū. Paulinum & alios carmina ceciniſſe. Nec eos præterierit Moſen primum diuinas laudes carmine hexametro decantaſſe, & hebręum calamum nonnullis diuinorum libris uerſuum menſuras impreſſiſſe, quas equidem non ſolum licere, uerum & expedire quoquo modo noſtra etiā tempeſtate putauerim, modo fabuloſa ne ſit, nec obſcena materia, modo gentilium deorum memores ne ſimus, pręterq̄ forte dum eos explodimus, dum damnamus. Sume igitur libenti animo cæſar noſtram hanc hiſtoriam altius repetitam & carmine concinnatam. Cuius lectione (ſi erit ocium) addi animo ſtimulos optarim, ut chriſti memoriā in occidente minus reuerēter quandoq; habitam. In oriente uero principum deſidia iam pene abolitam renouandam pro uiribus & illuſtrandam ſuſcipias, & impii Maomethis cultū penitus oblitteres. Et quoniam militiæ tuæ me iam pridem nec ſine honore & egregia quadam auctoritate aſcripſiſti. Iſtiuſmodi quidem comparādæ uictoriæ debemus enſem, partæ autem & publicandæ ſtilum pollicemur. Vale

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDV
læ domini et concordię comitis heroicū carmen
de mysteriis dominicę crucis nuper in germa
niam delapsis, ad Maximilianum augu
stum Romanorum regem

STAVROSTICHOS

Germanæ nuper delapsa insignia terræ
Principis ætherei canerem ter maxime cæsar

Vt hoc potissimū tpe magnifice thesaurarie Iacobe Villinger q̄ studiorū feriæ indictæ sunt in hoc augustum Ioannis Francisci Pici Mirandulæ literarum principis æui nostri facile omniū de sacrosanctis dominicæ crucis mysteriis nuper in germaniam delapsis carmē diuo Maximiliano imper. Aug. principi & domino nostro clementiss. meritissimo iure nūcupatum non nihil meditarer ac enarrarem, mouit me primū ratio quadragenarii obseruabiliū dierū ieiunii protinus sacratū caput prolaturi. In q̄ mihi uidebatur non posse melior aptiorue sumi legendi modus, quā qui secundū tempus proximus ad eius cohortationem accederet, ne deesset in posterum teneris ephœbis argumentum, quo præclaros mores cum optimis literis coniūgerent, & mihi quoq; esset quo ingeniolum oblectarer, & illius uires quātūuis modicas et attenuatas ab hoc seueriore & admodum penoso cum cæsarearū tum pontificalium legum studio ceu in amœnum quēdam hortum concederem, dum alii personati haud secus ac nymphas perhibent cōspicatos passim furerent, discurrerent, uociferarentur. Alii irreparabilis nimiū obliti temporis in non satis probato ocio ignobili plebi spectacula condunt, ludos edunt, & quidem non barbaros modo et inscitos, sed uel omni scęnica lasciuia impuriores. Verū ne in limine pluribus benignas aures tuas obtundam, qñquidem illustris noster Picus copiam nobis dabit multa enarrandi, plura annotandi, plurima q̄q; & scitu & memoratu non iniucunda obseruandi nunc mihi sub nomine tuo Iacobe Villinger clarissime manum operi appositurо

O pater, o hominum, rerumq; æterna potestas
Da facilem cursum, atq; animis illabere nostris
Tuq; ades, inceptumq; una decurre laborem
Nate patris summi, uigor, & cœlestis origo

Carmen est heroicum, quod inter hexametri species primariū est, quod putat Aristoteles difficilius in sermone communi, sicut iambum facilius depromi, Recipit aūt in locis omnibus spondeū & dactylum indifferen-

ter.Sed in quinta ſede ſpondeus & in ſexta dactylus rariſſime ponuntur; interdum etiam recipitur anapęſtus & proceleuſmaticus,quo in quinta ſe de illuſtris auctor noſter uſus eſt,dum cecinit.Aduerſam cæſa quæ nectūt abiete ripam,Maro quoq; in prima ſede nōnunq̄ hoc pede uſus eſt,& plæ riq; boni nominis poetę,quos perpaucos hoc æuo repereris,uerſificatores nudi non ſunt reputandi,oīa diuino monſtrabūt carmine uates, Cōſtat

Poetæ

em̄ non ſtatim poetam eſſe qui ſit ἐποποιόσ id eſt uerſificator.Nam multa conſummatus poeta noſſe debet,& in græcis quoq; literis, ſine quibus ut quidam ait in præceps ruimus,Pedes ipſi metrorum ut dactylus,ſpondeus iambus & reliqui noīa habēt græca,& ita græca ut nōdum habeant latina.Heroici carminis auctorem alii putant Linum ſiue furore abalienataq; mente ſiue ſtante & compoſita & quieta cecinerit.Alii carmen heroicum phemonoe referunt acceptum,cuius nominis uates Lucanus in pharſalia meminit,& Stati⁹ & Seruius Maronis interpres,Cumęę Sibyllę phemonoes nomen fuiſſe referūt.Sed Ioſephus affirmat Moſen antiquiorem omnibus qui extent gentium ſcriptoribus in libro aduerſus Appionem. Ideq; Iuſtinus martyr aſſeuerat.In antiquitatibus uero iudæorum prodit Ioſephus hexametrum carmen Pharaone demerſo a Moſe compoſitum Quo fit ut hexametrū carmen primo omnium Moſi referatur acceptum

Titulus

Titulus operis inſcriptionē ſignificat,unde in ſtatuis et picturis titulum dicimus literas,quæ uel artificis uel eius cuius ſtatua ſiue imago eſt nomē demonſtrat.Sed & milites tituli quaſi tutuli appellati ſunt,quod patriam tuentur.Tituli etiam debitorum nomina dicuntur,præſertim in his debitis quibus debitorum noīa ſcripta ſūt.

Stauros Stichos

Stauroſtichos σαυρόσ σ]αυροῦ in genitiuo ſignificat crucem,σίχος elementum literam uel carmen, unde Ariſtotelis Δεκὰ σοιχεῖα id eſt decem elementa,quæ & κατηγορίαι id eſt prædicamenta nūcupētur.

Ter maximus qui dicendus

Ter maxime, qui tribus ſummis p̄ditus eſt ter maximus appellari poteſt,ſicut Mercurius ab ægyptiis theut.Triſmegiſtos a græcis,nobis uero ter maximus appellatur,Is nanq; philoſophus maximus,& ſacerdos maximus & rex maximus extitit,Mos enim erat ęgyptiis (ut Plato ſcribit) ex philoſophorum numero ſacerdotes,ex ſacer

Cæſar

dotum cœtu regem eligere.Et reuera cæſarem noſtrum quem potentiſſimum.ſereniſſimū & gratioſiſſimū non ab re oēs uocamus. Quippe eius omniū potentiſſimi,ſapientiſſimi & clementiſſimi,cuius in terris ſuper terrenis uicem gerit epithetis ſeu ut noſtri dicūt attributis honoratur, Haud adulāter ter maximum appellat,Quoniā cuiuis de imperatore noſtro fari licet quod Euſebius Pamphili de gentium philoſophis ſcribens ait uideri ſibi eos ſi aut inter ſe aut cum aliis compararet claros illos quidē uiros fuiſſe.Si uero eos ipſos philoſophis theologiſq; conferret,qui ueri dei cultui uacaſſent,inanes & friuolos,ita uiſi licet ſumma & æſtimatione & gloria digni multi qui hunc quē cæſar noſter auguſtus fœliciſſime inſidet Romani imperii thronum conſcendere, ſi uel inter ſeſe, uel aliis cum regibus

diuersarum gentium & nationũ conferantur,cum eo tamen collati subsi
dere gradus non parum multos cõspicientur. Tantus eñ & sublimis adeo
suarum uirtutũ cumulus,de quibus ego adhuc imbecillitatem ingenii mei
cogitans referre quippiam contremisco,non ignarus Themistoclem illũ
uirum summũ Atheniensiũ cum interrogaretur,cuius uocem libẽtissime
audiret,respõdisse,eius a quo sua uirtus optime p̃dicaretur. Alexãdrũ q̃q
magnũ(qui a rebus quas gessit magnis magnus est appellatus)rerũ suarũ
permultos ut & cæsar noster scriptores habuisse,tamen cum in Sygeo ad
Achillis tumulũ constitisset, o fortunate dixisse ferũt adolescens,qui tuæ
uirtutis preconem Homerũ inueneras,ac si diceret utinam ego rerum me
arum scriptorem talem sortitus essem. Quare quibus plus q̃ bouem stimu
lare concessum est id negocii collatum sit,ego eñ eis herbam do. Cæsar Cæsar
de ratione huius nominis Seruius & Spartianus,Plinius & Solinus,Bero-
aldus commentator Bononieñ. Certe quacunq; inquit de causa cæsares
nuncupati sunt,hoc constat clarissimum & duraturum æternitate mundi
nomen istud effloruisse,quod non absurde dici possit nomen super omne
mortaliũ nomen. Canerem, unde a canendo dictũ carmen putant,sed Canere
quia Cicerone teste clarorum uirorũ laudes ad tibiam canebantur, cane
re laudare significat,quia etiam Sibyllæ priscæ oracula edebant dicimus
canere uaticinari. Insignia ea sunt ornamenta q̃ ita ab aliis discreta se Insignia
runtur,ut nosci possint cuius sint & ad quos pertineant, ut pontificalia,im
peratoria,regalia,militaria,doctoralia,cõsularia,plebeia,quibus potestas
a potestate,acies ab acie,eques ab equite,doctor ab auditore,consul a ple-
beio uiro cognoscitur. Ætherii ab æthere q̃d geminã habet significati Æther
onem,Primo dicit̃ quasi semper currens,Secundo quasi ardens siue urens
secundum quam poetæ ignem uocarũt æthera. Principis,regis gloriæ Principes a
christi,qui regum & principũ terræ cor manu sua concludit,ab eo eñ oĩs deo
defluxit potestas,& Homerus secũdo iliados. Regibus inquit dignitas ab
Ioue tribuitur;& idem scribit Agamemnonẽ ab Ioue regem factum,cæ-
sares etiam a deo opinatur Vegetius. Nuper quasi nouiter a q̃ nuperus Nuper
nomen positiuum.cuius accusandi casum Plau.in captiuis protulit, & be
ne ut eñ superus sic nuperus debet esse. Ferunt aũt imperii Romani habe
nas moderãte primo Othone multa quoq; prodigia in italia apparuisse,
tum in uestibus plurium signum crucis ac quidem cruentę diuinitus appa
ruisse. Germanę,omissis Ptolemæo & Plinio q̃rum ille in germanię ter
minatione ieiunior,hic non totam sibi cognitam prouinciam fatetur,co-
piosius est legere apud Tacitum de ueteri germanorũ re publica, & eorũ
moribus,institutis ac legibus tam in militia q̃ in religione,qui non solum
inter alia plura hæc de germanis asserit,plus ualere apud eos bonos mo-
res q̃ apud alios bonas leges. Germanorũ quoq; & eorundem principum
auunculus noster meminit non uno solũ opere,licet ut plærīq; omnes bo
ni,iusti,ęqui & ueri amantiores sine malorum inuidia nõ scripserit,quanq̃
& sua secula riserunt Mæonidem.

Si me præcellens rerum mirandaq; moles
Exiguo ſineret reſidem de pectore uocem
Promere,ſed uincet pietas,audacia uincet
Abſcedat Bromius,ſpumoſo cypria ponto
Diſpereat,procul hinc abſit thymbræus Apollo
Fabula pieridum procul hinc procul eſte prophani.
Nancq; ſalutiferi canimus miracula regis
Væſano figmenta deum qui diſpulit orbe

Cello

Res

Precellens. ueteres uerbo cello utebantur,hodie cōpoſita excello præcello in uſu ſunt & ab eis conflata. Rerum. Paulus iuriſconſultus res inquit generalem habet ſignificationē,nam corporalia ſiue incorporalia cōprehendit.Corporales res ſunt,quæ uere tangi poſſunt,incorporales quæ tāgi non poſſunt,a dialecticis aūt dicitur terminus tranſcendens.

Reſes

Reſidem ociosam a canendo ſcribēdo ue carmine.Reſes em̄ dicitur qui remanet ſiue reſtat ocioſus a labore ſeu opere quod exercere ſolebat,ſed quod ab hoc ſcribendi gn̄e ceſſarit illuſtris auctor noſter uerba liminaris epiſtolæ cōteſtant̄.

Voces quare tributæ homibus.

Vocem. græce φωνη dicta q̄ mente concepta illuminet. Sunt autem nobis uoces a prouidentia attributæ,ut notiones,animæ paſſiones,cōcept⁹ intellectus alterius menti tranſfundere poſſimus,unde Ariſtoteles quē quidam naturę conſiliarium nominat,uoces inquit ſigna eſſe conceptuum.Dicitur aūt abuſiue uox de brutis & inanimis ut & crepitus.Stoici uocem contra Pythagoram,Platonē,Ariſtotelem corpus eſſe ſic colligunt.Omne agēs aut faciens corpus,atqui uox agit & facit,igitur.Quippe quā audimus ſentimuſq; auribus appulſam & in eis exprimentē ueluti annulū in cæram. Ad hæc om̄e oblectans aut conturbans corpus eſt,ſed oblectat nos concentus,cōturbat aūt nos diſcrepātia.Legimus apud Herodotū,Halicarnaſſeū Xerxem regē Pythio lydo qui ex quinq; ſuis maiori natu ut haberet qui ipſius & cenſus curā gereret a rege militiæ uacationem impetrare ſperarat,indignatū his uerbis reſpondiſſe.Homo improbe tu ne cum ego ipſe in expeditionem eam aduerſus gręciā,filioſq; meos fratres & amicos ducā,auſus es mētionē filii tui facere(qui meus es ſeruus)quē oportebat cum om̄i familia & uxore me comitari probe nūc diſcito,animū in hoīm habitare auribus,qui bene audit eius corpus uoluptate perfunditur,qui uero male,is exacerbatur Deniq; omne agitabile corpus eſt,uox aūt agitatur & in locos leues incidit,repercutit̄q; pilæ in modū in parietem adactæ,proinde in ęgypti pyramidibus unica uox fracta quaternos quinoſq; adeo ſonos edit.

Pietas

Pietas. eſt per quam ſanguine coniunctis & patriæ & beneuolis cultus officium diligens tribuitur,pars ſane iuſticiæ proxima æquitati,iuſticiarum nanq; hæc legiti

ma eſt,q̃ q̃s leges condit,conditas diſcernit,condita autem & decreta exeq̃ Duplex iu-
curat,& qua eius ſtudium in beatam uitam,& commune bonum dirigit,& ſticia
hæc iuſticia tota dicitur, Hæc uero æquitas qua quis neq; plus neq; minus Æquitas
aut accipit aut tribuit,ſed ut unuſquiſq; dignus ſit ac mereatur,& hæc iuſti-
cia quæ pars eſt nominatur, Quapropter & iniuſtus eſt qui a ſancta legum Iniuſtus
gubernatione deuius publicos mores prauos inducit,aut eius indulgentia
(cum ad ipſum eorum correctio ſpectat) pullulare ſinit,Et iniquus qui plus Iniquus
minus ue accipit aut tribuit q̃ oporteat ac dignum ſit. Audacia. non in
fima ſiquidem laus eſt arduarum atq; difficilium rerum uel minimam po
tuiſſe portiunculam attigiſſe,iuxta illud,Audacia certe laus erit,in magnis
& uoluiſſe ſat eſt. Abſcedat. ſupereximia legiſlatoris laus eſt,ſi quam
ipſe tulit dum opus eſt legem patitur.Eius ſententiæ præclaræ memor illu-
ſtris auctor noſter hoc ipſum modo quod alios facere non uno ut ita dicam
edicto admonuit obſeruanter exequitur, repudians uanos gentium deos,
quorum chriſtianum poetam non aliter meminiſſe uult niſi dum explodũ
tur,dum damnantur. Bromius. Bacchus,nam & hoc ex cognomentis Venus me
ei⁹ unum eſt,fuit nanq; multinominis. Cypria Venus non modo me- retrix
retrix,ſed & inuentrix artis meretriciæ,auctor Lactantius eo capite quo mi
ſerias & turpitudines deorum refert.Hanc fabulantur cultam in Cypro in- Veneti
ſula Carpathii maris inter Ciliciam & Syriam prædiuite,& omni luxui ex
poſita.Et Florus ſcribit ideo Veneri ſacram,Vt autem huius regni in quo ꝑ
Strabonem plura templa memorantur potirentur ueneti,Iacobum Cypri
regulum una cum filio clam ueneno ſuſtulerunt,Heliano teſte. Ponto. Pontus
mari,unde orta erat,Sappho ad Phaonem.Solue ratem Venus orta mari.
Quippe ex ſpuma maris emerſam ipſa quoq; finxit gentilitas,ratione edũt
gentilium auctorum enarratores,interpretes Fulgentius,Bocatius,alii.Ap
pellatum autem mare ideo pontus, ꝙ uentis exagitetur, ſecundum illu-
ſtrem auctorem noſtrum in hymnorum commentariis, alii a ποντίζω q̃d
eſt mergo,uel a πόνος qui eſt labor,quia ſit laboribus plenus.Ptolemeus in
deſcriptione ſua pontũ & Bithyniam ſimul complectitur.Strabo per ſe pro
uintiã ponticam terminauit,quæ Mithridati paruit.Pontus galaticus iuxta
galatiam dicitur ſecundum Ptolemæum.Pontus cappadocus iuxta Cappa
dociã,Pontus polemoniacus inter utrunq;,omnes a uicinitate Euxini ponti
appellationem trahentes,& licet nunc ab uſu om̃e mare pontus dicatur, pro
prie tñ hoc mare eſt pontus ſecundũ Suidam,quod inter euxinum & cherſo
neſum interiacet, uel ſecundũ alios quod a palude Mæotidis uſq; in Tenedũ
protenditur.Eſt & prouintia minoris aſiæ & inſulæ nomen,cuius Virgilius
meminit,tunc tamen genere eſt fœmininum. Thymbræus dictus eſt thymbræ
ab agro Troiæ uicino thymbræ pleno,quod genus herbæ aromaticæ abun Thymbra
dans in phrygia. Apollo creditus fuit deus quem græci φοῖβον Apollo
hoc eſt ſolem appellant, cui carminis auctoritatem, præſidium uaticinii,

ſagittandi peritiam,medicinæ inuentum,& cordarum uoculationem ad‑ ſcribunt, Dictus Apollo ab a particula priuatiua & πόλλοι ꝙ ſolus ipſe luceat,Solis nomina uaria Macrobius.Capella.Mancinellus alii differūt.

Fabula

Fabula eſt oratio ficta ueriſimili diſpoſitione imaginē exhibens ueritatis.Fabulæ inuentæ ſunt ut teſtatur Macrobius aut tm̄ conciliandæ auribus uoluptatis gratia,ueluti ſunt comœdię Ariſtophanis,Menandri,Plauti,Terētii,Capnionis.Bartholomęi Zamberti,& aliorum comicorū.Aut adhortationis quoqꝫ in bonam frugem cauſa,ut ſunt Æſopi fabulæ elegātia fictionis illuſtres.Fabularū quę auditum mulcent ſpecies ſunt tragœdia & comœdia,quarum etiam aliæ ſunt ſpecies,Palliata habitū græcum referens.Togata romanū,Et togatarū ſpecies aliæ prætextata nobiliū uirorum,tabernaria humilium,attellana ridiculorū minus laſciuorum acta comprehendit. Earum aūt fabularum quæ ad uirtutes hortantur ſpecies ſunt duæ,Aliæ enim ſimpliciter mendaces ſunt,& ex toto fictæ,ut lupi & agni,uulpis & ciconiæ ſermones.Alię ſub figmento uerum latenter oſtendentes,quales ſunt cerimoniarū ſacra Heſiodi & Orphei,& quæ de deorū progenie actu ue narrantur,ut Pallas nata de Iouis cerebro,Venus de ſpuma maris,& hæc ipſa dicitur narratio fabuloſa,non fabula.Hæc tn̄ poſtrema ſpecies interdum ad turpia & indigna nominibus,ut quod dii adulteri ſint delapſa eſt,quę quidem ſpecies non inter fabulas,ſed inter monſtra potius numeranda eſſet,& a uirtutis honeſtate ſeiungēda. Auctor earum fabularum quæ iocoſæ ſunt & pręceptorum & doctrinę plenæ fuit Æſopus natione phryx,fortuna ſeruus animo liber,& non tm̄ ſeruus ſed omnium hominum turpiſſimus,ita ut Therſitę Homerico cōparetur.Erat em̄ ſimꝰ, labeo,niger,unde & Æſopus dictus eſt.i.æthiops.Item uentroſus,gibboſus & quod peius erat βραδύγλωσσος.i. lingua tardus,ita ut articulata uerba proferre nō poſſet.De fabulis copioſius memini in expoſitione progymnaſmatū Reuchlinianorum.

Æſopus

Pieridum, muſę pierides uel pieriæ a pieride mōte dictæ ſunt,Stephanus tn̄ pieriam ciuitatem & regiunculam nominat.Sed Apollonii interpretes pieriam montem Thraciæ aſſerunt. Fabulatur Ouidius muſas dictas pierias a Pierii & Aganippes filiabus, quæ cum ueris muſis auſæ ſunt certare,quare in picas mutatę fuerunt,licet grę corum nonnulli uelint muſas adeo lepidis carminibus Pierii poetę celebratas,ut ab eo etiā pierides nuncupatę ſint.

Pierides

Profani,impii,ſceleſti,& aduerſi religioni,Apud ueteres prophani dicebant̄ ſacris non initiati,qui phanū intrare non poterāt,Prophanum etiam dicitur quod ex religioſo uel ſacro in hoīm uſum conuerſum eſt.

Profani

Salutiferi, compoſitio eſt ex nomine ſalutis & uerbi fero,Raro tamen illuſt.auctore noſtro teſte huiuſmodi apud latinos dictionum conflatio,apud græcos frequentiſſima,quibus in cōponendis uocabulis mira & diligentia & gratia.

Orbis
Mundus

Orbe ,hoc loco orbē pro hominibus illum inhabitantibus accipimus,Sic & mundum etiam ſæpenumero acceptum legimus in ſacris literis,unde in euangelio illud,& mun

dus eum non cognouit.Paulus.Nolite diligere mundum,neq; ea quę in mundo sunt,quoniam omne quod est in mundo cõcupiscentia carnis est concupiscentia oculorum & superbia uitæ.

Christe faue ceptis,tuq; o sanctissima uirgo
Empyrei regina poli,genitrixq; tonantis
Dirige fluctiuagam uentosa per æquora cymbam

Christe. ueteres poetæ solebant uel deos in limine operis sui uel mu sas inuocare,Romani uero a precationibus deorũ incipiendũ putarũt,q̃d nihil rite,nihilq; prouidenter homines sine deorũ immortaliũ ope,hono re,consilio auspicarentur.Quanto igitur magis hic mos est christi sang uine regeneratis obseruandus,ueluti unius ueri dei cultoribus,qui nõ pos sumus cogitare aliqd a nobis,quasi a nobis,sed sufficiẽtia nostra ex deo est. *De inuocatione ueter*

Est aũt christus nomen ab origine græcũ,quod hebræorũ lingua dici tur messiah,apud nos christus unctum significat,græci ueteres χριστάι ungi dicebant.Vngebãtur aũt apud hebræos & sacerdotes & reges,chri sti igit̃ noĩe regnum & potestas indicatur,Non aũt ut quidã falso astru unt ante incarnationem ex uirgine anima unita est uerbo deo,& ex tunc uocatus est christus,uerum quando uerbũ caro factum est,tunc et ipsum nominatum esse dicim⁹ christum Ihesum,quem postea Romani ueteres obstinato in eum odio per ignominiam etiam chrestum per e literã ap pellabãt,tum infando etiã picturæ genere christũ Ihesum deũ nostrũ sic depictũ spectanti populo proposuerunt,ut is auribus foret azininis,pede altero inungulatus librum gestans & togatus,cui flagitio ut scelus adde rent tali titulo christi effigiem dedecorarunt,deus christianorum ὀνικός *Christus* *Q̃n christ⁹ appellari cœpit*

Constat tamen Tiberiũ cæsarem uoluisse christum a senatu populoq; ro mano adorari,idq; etiam ab eo relatũ est ad senatum cum prærogatiua Tyberiani suffragii,quod & Pamphilus Eusebius ac florens Tertulian⁹ affirmant,Sed & mox cæsar Hadrianus de adorando christo cogitauit eidemq; templa condere inchoauit,sicuti Ælius Lampridius ad Constan tinum imperatorẽ testatur.Qui Au.inquit Hadrianum ab incepto desti tisse ueritum ne cætera etiam templa essent deserenda,quoniã prefecti sa crorum Hadriano persuaserunt christianos omnes aliq̃n futuros si illud effecisset,ex quo idem mutato animi proposito acerrime mox uniuersã christianorũ factionem est insectatus,Alexãder aũt seuerus qui optimus imperator est habitus plurimũ christianis detulit,& christi numen inter maximos & selectos deos recepit. Siquidem in sacrario suo inter princi pes diuos & animas (ut inquit) sanctiores christum habuit,cum quo ibi dem Apollonium Thyanæũ.Abraham & Orpheũ coluit,cætera lector apud historię scriptores exequetur.

Faue, fauere inquit Festus est bo na fari,at ueteres poetæ pro silere usi sunt fauere,Erat aũt sacerdotũ uer bum in sacris quo silentiũ imperabatur,ut rite sacra peragerentur nulla *Fauere*

uoce mala obstrepente, uel ut bona uerba dicerent. Sanctissima uirgo omnisancta, sic em̃ græci πανταγίαν eam appellant. Hæc nanq; est illa terra cui benedixit, cui placatus est dominus, quæ suscepto spiritu sancto, suscepto diuino dono, suscepta dei patris benignitate protulit fructum uitæ. Hæc est (ut inquit Faber christianæ literariꝫ rei publicæ sydus clarissimum) sacrum illud tabernaculum quod sanctificauit altissimus, depositum ueræ & spiritalis euæ, quæ serpentis uirus non sensit, sed quæ caput eius iuxta domini eloquia contriuit. Carnalis em̃ Eua carnalium filiorũ mater est, & filiorum irꝫ. Spiritalis aũt eua spiritalium & regeneratorum mater est, & filiorum gratiæ & sanctæ & immaculatæ ecclesiæ. Carnalis eua umbra est & idolũ, spiritalis aũt eius lux est & ueritas, sed id parũ est: Spiritalis eua mater est ineffabilis uerbi, quæ omnem sanctificationem & gratiam cœlum terram uniuersaq; replentem in suo semper sancto uirginali gremio (si ita dici licet) conclusit, facta cœlo & terra capacior, quippe quæ infinitum acceperit. Virgo sancta quia tu tota sancta es. tota mitis et misericors & largitrix uitæ & gratiæ quæ nobis uitam ipsam profudisti, & ipsam per se gratiam effloruisti & non interitus ultionis & uindictæ te oro non ulciscaris ad interitum eorum, qui te non possunt in tuo perfecto decore inspicere. quid te in tua carnali tunica inspiciunt & per chlamydẽ peccatricis Euꝫ. Sed tu uirgo tuo modo semper sanctificata sicut christus homo semper sanctificatus aperias eorum oculos, ut te per tunicam christi, per spiritalem chlamydem aspiciant, non in umbra delirent, sed auersi se cõuertant ad ueritatem & uestigia suis reddant archetypis, & in paradiso te uideant ante Euam eorum matrem genitam, sicut & christus ante Adam, sed posterius in tempore cum uero Adam apparentem, qui christus dominus est: Tu es ancilla & libera dei mater, sicut christus dominus in æternitate filius liber & pro nobis exinnanitus, & formam serui accipiens, Tu es & ipse est de quibus per spiritum sanctum dicitur, da imperium puero tuo & saluum fac filium ancillæ tuæ, Heluidius si rediret (qui te uirgo angelis purior uirginitate spoliabit) conspueretur, pessundaretur, calcareturq; pedibus. Ita uirgo semper plus q̃ beata angelis sanctior, qui te sanctitate spoliant, nisi resipiscant, nisi pœnitentiam agant, cõspuantur, pessundentur, calcentur lucem uitamq; fugiãt. Et malo hoc pacto cum pio & sancto uiro Iuliano episcopo qui et idem sacer Hildephonsus a uirgine quidẽ dilecto & uirginis amatore sentire, q̃ in odoratissimo filii dei thalamo fœtorem aliquem dæmonis excogitare. Credo equidẽ omnisanctæ uirgini christo deoq; plenæ de se dicenti, beatãm me dicent omnes generationes. Angelo credo gratia plenã salutanti eam. Filio dei credo, mulierem de sacratissima uirgine dicentẽ, beatus uenter qui te portauit & ubera q̃ suxisti, responsione sua confirmanti, dicẽdo quin immo & beatos illos qui audirent uerbum dei & custodirent illud. Auunculus noster de candida puritate uirginis tris elegiaco pede libellos conscripsit;

Orõ Fabri ad diuã uirginem pro eius maculi stis

Eiusdem de cõceptu sententia piissima

Auuncul9 de triplici candore

quibus super hac re theologorum & sanctorum patrum sententias complexus est,ad uehementissimum rogatum maximorum amicorum suorum,quibus mirum in modum displicuit crebra illa concertatio de macula deiperæ uirginis in gymnasio Haidelbergensi aliisq; locis,quę tamē magis a quibusdam fratricellis q̄ a secularibus theologis exorta esse uidebatur.Extat inter cætera non inelegantis ingenii Roberti Gaguini Galli epigramma carmen quo ad Arnoaldum Bostium eiuscemodi libellos miratur,quod uel ideo putaui in præsentia referendum,quia sunt auunculo meo barbari e triuio mastigiæ,plagiarii & ueteratores, qui noctes atq; dies insidiantur famæ eius nomini & gloriæ.Sed eis res ad restim rediit,solet uirtuti pugnare uitium,quod est eius cribrum,carmen hoc est,

Carmē Roberti Gaguini

Tu ne unquam mecum Bosti certare quiesces
Raucus ut ad diuos dissona uerba feram
Ecce tibi resonat argutus arundine rhenus
Et passim uates educat altiloquos
E quibus assurgit sophoclea uoce Iacobus
Dicere quam pura sorde Maria nitet
Tam procul est nostrum mi Bosti carmen ab illo
Quam lentam anticipat concita cerua bouem
Vox illi excelsa est mihi pulmo torpet anhelus
Et medio cursu uox male fracta cadit
Dic uati numeris curet monumenta parare
Me tenet ignauum pigra senecta domi

Empyreū

Empyrei. latine igneum dicitur empyreum,a πῦρ quod est ignis, Sunt qui hoc cœlum affirmant mox angelis esse repletum,quod non ab ardore sed splendore appellari Thomas decreuit. Poli. cœli.de polis mox non nihil referemus. Genitrix. Mater autem & uirgo est, nam de ea natus est christus uirginitate salua,quam ut gentes pernegare uereantur ingeri solet a nostris in eorum ora multos eorum literis conceptus sine uiri semine celebratos.Mineruæ ex Iouis capite,Veneris ex mari liberi de Iouis femore,Castoris & Pollucis ex ouo, Ne uero id ipsū negent hebræi obstat Esaias,a quo prædictum est uirginem parituram. Ecce uirgo concipiet & pariet filium & uocabitur nomē eius Emanuel, in hebræo inquit Ficinus est ha alma quod puellam absconditam conseruatamq; significat, Emanuel uero significat nobiscum deus, scilicet qa ille qui nasciturus erat ex illa puella futurus erat non homo tantum sed etiam deus,Ex puella inquam semper uirgine,ponitur enim partus huiusmodi tanquam signum quoddam prodigiosum, de quo Dauid, ueritas de terra orta est. Et Ezaias alibi.Exultent cœli desuper & nubes induant iusticiam aperiatur terra & pulluletsaluator.Ego ēm dominus deus

Emanuel

creaui eum,uidemus in humana ſpecie duo extrema ac media duo, qſꝗ
noſtrum ex uiro & muliere naſcitur Adam ex neutro, Eua ex ſolo uiro
diuina uirtute,Iheſ⁹ ex muliere ſola diuino ſpiritu.Myſteriū hoc etiā rex
Arabum Maumethes in dialogo ſuo admiratur multū & ueneratur, In
alcorano quoqꝫ ueritate coact⁹ ait Iheſus Marię filius deiqꝫ nūcius,ſuuſqꝫ
ſpiritus ac uerbum Mariæ uirgini cœlitus miſſum fuit.Et quanq̃ hebræi
Ha alma — pro nomine quod eſt ha alma rixantur contendentes æquiuocū eſſe, &
aliud q̃ uirginem poſſe ſignificare,refelluntur tñ non ex ui ſolum voca-
buli,ſed ex ſenſu ipſo prophetę apertiſſimo lucidiſſimoqꝫ.Quiſqꝫ ergo de
rege Ezechia puro hoīe & temporali hoc exponit manifeſte delirat,qm̄
Ezechias plures annos anteq̃ eius pater Achaz regnum ſuſciperet, nedū
anteq̃ ad eum Eſaiæ uerba fierent natus fuerat.Et præter hæc ut illuſt.au-
ctor noſter alibi meminit ipſi hebræorū doctores inter enarrandum Hie
remię lamentationes affirmant redemptorē eſſe ſine patre.Nec hoc igno
Chriſtipa-rā non dicimº ſanctā uirginem theotocos — randum eſt ſecundum traditionem Damaſceni,ꝙ chriſtiparam nequaq̃
dicimus ſanctam uirginem,quia ad renuendum uocabulum θεοτόκος.i.
deipera & dei genitrix ſceleſtus & odibilis & cum iudæis ſapiens Neſto-
rius is adinuenit,ut uas contumeliæ,in contumeliā ſolius uere honoratę
ſuper omnē creaturam,tametſi ipſe cum patre ſuo diabolo dirumpatur,
Nam & Dauid rex chriſtus dicitur,& Aaron princeps ſacerdotum.
Dirige, moue,rege,Ab hoc uerbo notæ ſignificationis directarios fu-
Directarii — res iſtos nominatos a iuriſconſultis noſtris titulo de effractoribus & expi
latoribus arbitror,quod in alienam domum ſe dirigere perinde ſit atqꝫ in
gredi,quanq̃ uox hæc in libris digeſtorū non uno loco deprauata ſit.Nā
in uulgatis codicib⁹ ꝓ directariis detractarios fere inuenies,quin & alibi
in.l.ii.de extra ord.criminib.Pro hac ipſa uoce perperam diętarii ſcriptū
eſt,uerba legis hæc ſunt.Item qui diętarii appellantur hoc eſt hi qui in ali
ena cœnacula ſe dirigunt furandi animo,plus q̃ fures puniēdi ſunt,teſtis
eſt alter Gellius & Crinit⁹.Sed qui diętarii ſint hoc loco nō eſt explicādū.

Poſtq̃ flammifero præpes deſcendit ab axe
Summa dei ſoboles,ſummi ſapientia patris
Vt male contractas a primo ſemine labes
Purpurea elueret ſacrati ſanguinis unda
Mortales clauſo profugos ut ferret olympo
Sacra prophanato diffudit lumina mundo
Tartareas pellens hominum de corde tenebras

Poſtq̃. Accedit ad hiſtoriæ narrationem,quā altius repetit,poſtquā
ſubaudi uenit plenitudo temporis. Soboles. filius,licet de uitibus &
Soboles — aliis arboribus proprie dicitur pullulantibus,transfertur tamen ad ani-

mata & ad homines frequentius. Sapientia. quę uenit ut hostis ratione uinceretur, & ut habitaculū suum ipsa uendicaret, quod malitia possidebat, An ab homine sapientia possideri potest? Responsio ab homine in hac uita sapientia possideri potest. Non quidem illa diuina & æterna, quæ deus est & sola dei possessio, sed illius ueræ & exemplaris sapientiæ remotissima similitudo, quæ dei possessio minime dici debet, ut neq; lux solis in aera diffunditur, sed semper in sole manens suam in aere diffundit imaginem scilicet lumen. Est itaq; lux solis ut sapientia summa dei. Lumen aūt eius ut sapientia humana, qua deum pro suo captu homo cognoscit. Poeticum igitur est atq; ficticium solius dei sapiētiam, quod mortalium generi inuideat possessionem esse, nam diuinum numen nulli inuidum esse conuenit, sed ut tritum prouerbium est, mentiuntur multa poetæ. Descendit. missus & a deo minoratus, quare Stapulensis inqt per Ihesum & hoc dulce & benedictū nomen oro uos ut a modo in ecclesiis & congregationibus sanctorū psallatis sapiēter, Minuisti eum paulo minus a deo gloria & honore coronasti eū, & constituisti eum super operá manuum tuarū, mendas codicum eluite, & ad incudem locum beatissimi Pauli ad hebręos reuocate legentes, Minuisti eum paulo minus a deo, & paulo post & eum aūt qui modico a deo minorat⁹ est, uidemus Ihesū propter passionem mortis gloria & honore coronatum, audete nihil uereamini, facessat uetus error, hęc ille. In deo aūt filius missus est, non pater aut spiritus sanctus, quia conueniens non erat ut pater ab illo mitteretur, qui non erat ab alio. Si eñ ab alio mitteretur, ab alio uenire haberet, a q̃ mitteretur. Propterea ergo pater ab alio mitti non habet, qui ab alio esse non habet, missus est aūt primum filius, qui a solo patre est, deinde etiam spiritus sanctus qui est a patre & filio.. Flammifero. flammas emittēte, nam ex luce & splendore calor, ex calore flamma suboritur. Axe. cœlo, sed proprie est axis dimensio illa quæ totius ostenditur sphæræ, quū ex utrisq; partibus eius ad extremam circūductionem rectæ ut uirgulæ perducuntur, huius aūt extrema quibus maxime sphæra nititur poli appellantur, quorum alter ad aquilonem spectans boreus, alter oppositus austro notus est dictus, hęc Hyginius, Apuleius eloquii romani mundissima mundicies de mūdo ita etiam scribit. Eos polos dicimus a quibus uelut a cardinibus directio quædam profecta axis est ductus diuisor & discriminator mundi orbem terræ in medietate constituens, Etiam ut ita dicam cæco perspicuum, quod boreus polus est nobis eleuatus & sublimis qui in hoc climate habitamus. Notius aūt profundus & q̃dammodo sub pedibus nostris, dictus polus a πολῶ uerbo græco quod uerto significat & circumago. Vt male. rationem dominicę incarnationis refert, ad mentem diuiniloqui Pauli, qui natum christum inquit in terris ut nos redimeret a lege & morte peccati. Item ad Timotheū. Christus Ihesus uenit in hunc mundum saluos facere peccatores. Quē locum ita cōmentati

[Margin notes: An ab homine sapiē tia possideri potest. — Christ⁹ mi noratus a deo — Axis — causa incarnatiōis dominicæ.]

ſunt ueteres,nulla cauſa ueniendi domino fuit niſi peccatores ſaluos face
re,& ſuum teſtimonium eſt,filius hominis uenit quærere & ſaluū facere
quod perierat.Sunt tamē qui quod ſcriptum legunt deliciæ meæ ſunt cū
filiis hominum perſuaſum econtrario habent,& aſtipulantur aperto ma
ieſtatem & gloriam ſummi atq; optimi dei ſuſcepturam fuiſſe nullo etiā
exiſtente Adæ peccato corpus humanum,ut non ſolum animo ſed aſpe
ctu quoq; uiſibili bearet hominem totum.Sed ut uerbis diuini Dionyſii
utar,nullo ſermone & mente eius rei myſterium ponitur,uerum & cum
profertur arcanum & dum intelligitur manet incognitum. Elueret.
emacularet,deleret,at eluari uoracitati & gulæ indulgere ſignificat.
Labes. maculas,notas,ſed & ruinam a lapſu, Tu uero peccatum illud
originarium intellige.Diuus Ambroſius in libro de paradiſo definit pec
Peccatum catum eſſe præuaricationem diuinæ legis,& cœleſtium inobedientiam
mandatorum,Verum hoc nomen peccatum non ſecundum unam & eā
dem rationem de omni peccato dici credēdum, ſed ſecundū analogiam
Originale illud theologi partiuntur in originale & actuale. Originale nuncupatur
quo ex parentibus deſcendentes ob Adæ peccatum inficimur,unde cun
cta fluxere peccata.Atq; huic malo ſacri baptiſmatis unda opitulatur,ui
res tamen animæ ob uulnus ab eo ſibi inflictum pronitatem quādam ad
Actuale malum legemq; carnis rationi infeſtam retinent. Actuale uero id eſt q̄d
conſcii noſtrorum operum & uolētes perpetramus,hoc in mortale & ue
niale ſecatur, Mortale appellarūt quo aduerſus deum aut proximū libe
Veniale ra uoluntate delinquens digni æterna morte efficimur.Veniale uero uo
cauerunt quod temporanea pœna mulctandum ſit,qualis eſt actus ille,q̄
uel ex ſui natura nec contra deū ſit proximū ue,ſed præter legem dei, nec
decenti cum charitate paratus examuſſimq; directus ad dei gloriam,aut
ipſa cogitatione aut habitu,uel qui ex imperfectione mereatur ueniam
Primo ſemine. Neq; mirandum eſt q᷑ primi parentis uitium in po-
ſteros tranſiuerit,quotidie nanq; in pueris tam auorum q̄ genitorū mo
res agnoſcimus,ſic natura comparatū eſt,ut corpus & anima proportio
ne quadā armonica congruant.atq; in uno eſſe conueniant,motuſq; cor
poris in animā quodammodo, animæ in corpus facile & uehementiſſi
me penetrent.Et Alcimus cecinit. Quod tn̄ amiſſo dudū peccat᷑ honore

Alcimus auitus poeta chriſtianus

Aſcribam tibi prime pater,qui ſemine mortis
Tollis ſucciduæ uitalia germina plantæ
Et licet hoc tantum chriſtus perſoluerit in ſe
Contraxit quantum percuſſa in ſtirpe propago
Attamen auctoris uitio qui debita læthi
Inſtituit,morboſq; ſuis ac funera miſit

Viuit peccati moribunda in carne cicatrix,At diceres,Adæ peccatū q̄a

ex actu proprio liberi arbitrii processit, ad personam propriam potius q̃ ad speciem pertinuisse. Ad hoc ex theologorum mente respõderi potest. Ad personam cuiusq; duobus modis aliquid pertinet, uel secundũ ipsam uel quodam gratiæ munere, Similiter ad naturam bifariam potest aliqd attinere, uel secundum ipsam, uidelicet quod ex naturæ principiis elementisq; profluit, uel supernaturalis gratiç dono. Originalem iusticiam humana natura non ex interioribus principiis eius habuit ab initio, sed gratiæ diuinæ dono, quod ab origine toti naturæ humanç in primo parente traditur fuisse collatum. Donum huiusmodi ille ob primi delicti culpã amisit. Itaq; sicut originalis illa iusticia nisi ille deliquisset una cum propagatione naturæ fuisset in posteris conseruata, ita opposita quædam peruersitas & obliquitas in successore cum natura traducitur. Iccirco uitium huiusmodi naturæ potius euasit q̃ personæ, Cætera uitia uel Adæ uel aliorum naturam quidem non quantum ad id quod naturæ est, sed quantũ ad id q̃d est personæ deprauãt, ideo in filios & nepotes non necessario diffunduntur. Profugos. exules filios Euæ, Profugere nanq; est exulare & longe fugere, unde profugus qui teste Honorato triumuiro necessitate exclusus de suis sedibus adhuc uagatur. Olympo. cœlo, qui quasi hololampus hoc est totus splendens dicitur, Scimus aũt homines etiã sanctos paradisum quem hic nomine olympi accipere possumus ingredi nõ potuisse salutiferam ante uiuifici christi passionem. quæ obstaculum culpæ originalis abstulit, Nunquid si Adam non deliquisset, tam ipse q̃ cçteri iusti beati fuissent? Paradisum profecto possedissent sed terrenũ, cœlestis aũt paradisi aduentus dei sub christi persona non compotes reddidit, unde plus lucri in uirtute christi fuit, q̃ in Adæ uitio damni, uitium Adæ secundum se cruciatum nobis quidem non attulit inferorum sed abstulit dumtaxat paradisum terrenum, christi uirtus ab inferis tuetur paradisum cœlestem largitur. Hinc Paulus apostolus ubi abundauit peccatum superabundauit gratia. Diffudit lumina. deus pater illius ergo uoluit unigenitum suum apparere in terris, ut inspiraret & lumine agnitionis suæ illustraret, iudæos & gentes nulla luce agnitionis suæ hactenus illustratos. Sed ne cogar multis id concordiis astruere, audiamus diuiniferum Paulum, quam certa asseueratione quantaque maiestate in epistola ad hebræos ad hunc ferme modum æternam filii dei generationem uimq; expresserit. Multifariam multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quẽ constituit heredem uniuersorum, & quæ sequuntur de eodem filio dei, in sequentibus dicit uiuum est enim uerbum dei & efficax & penetrabilius omni gladio, pertingens usq; ad diuisionem animç ac spiritus, compagũ quoq; & medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo.

Respondet argumẽto.

Profugere

quid si adã non peccasset

Prophanato. polluto,& ſceleribus inquinato,omnes etem̃ declinaui mus ſimul & inutiles facti ſumus. Tartareas. infernas, Tenebras

An tenebræ uiſiles

quas ſtoici uiſiles eſſe uolunt,ex uiſu em̃ ſplendoris quid illis obduci,ac ne interim quidem falli uiſum,nam reuera uidet quod tenebræ ſunt. Porro tenebræ cogunt aggregantq́ uiſum,proptereaq́ hebetant, contraq́ lumen diſgregat,deducit uiſum noſtrum ad res uſq́ uiſui obiectas, per aerem intermedium, ea propter non cernere nos in tenebris,uerũ tenebras modo ipſas cernere,Tu uero per tenebras accipe tenebrarum opera quibus humanum genus implicatum erat.

Inq́ uices uarias diuerſa in tempora ſignis
Quæ captum ſuperant humanæ mentis adægit
Suaue ſerenata in præcordia uulnus amoris

Inq́ uices uarias, in uarios modos,& ſub uaria tempora, adegit uulnus amoris,diuini ſcilicet,Sũt em̃ multæ amoris ſpecies de quibus eſt mẽtio apud theologos & platonicos.Nam prẹter amorẽ quo deus ſe ipſum amat,& terreni & diuini amoris a ſcriptoribus fit crebra mentio. Serenata. illuſtrata,purgata,illuminata,a uerbo ſereno,quod eſt clarifico, Virgilius, Vultu quo cœlum tempeſtateſq́ ſerenat,Serenus aũt quod fixe protulit Lactantius non modo ad res inanimas,ſed & de homine dici poteſt,Sicut & ſtatus,quod tamen quibuſdam nõ placet,ſed ſatius eſt cũ grauiſſimis auctoribus errare,quã triuiales nugas obſeruare. Prẹcordia Plinio auctore dicuntur,quæ exta ſeparant ab inferiore parte uiſcerũ, dicta quia cordi prætendũtur,in homine uero uno nomine exta uocantur.

Amoris ſpecies — *Serenus* — *Præcordia*

Signis miraculis,myſticis rerum ſignificantiis. Quæ ſcilicet & ſigna. Captum intellectum,perceptionem,Seneca.Quod captu quidẽ difficile eſt,ſed facile memoria retinetur. Humanæ mentis. animæ rationalis,Quod ut clarius eluceat notare operæ preciũ eſt tres eſſe potentias inferiores & hominibus & brutis animantibus cõmunes,quibus tres in homine reſpondent potentiæ ſuperiores ut exemplaria ſuis imaginibus,& immateriale materiali.Prima inferiorũ eſt imaginatio ſenſualis & uirtus ſentiẽdi interior in organo corporeo ſuas exercẽs operationes, cui reſpondet ſuperior uirtus intellectiua in homine,a corpore ſecũdum operationem ſeparata,& tanto imaginatione dignior,quãto immortale mortali dignitate præſtat.Et utraq́ iſtarũ uis cognoſcendi dicitur.Senſus aũt exterior ſub interiori cõtinetur,cui eſt adminiſtratorius,& defert ab extrinſeco rerum ſpecies eaſq́ imprimit,quo interior ſuas functiones peragat. Secunda inferior potentia eſt appetitus ſenſualis ſuas itidem in corporeo ſubiecto operationes abſoluens,præſens delectabile,p̃tm̃q́ ſenſus adminiculo proſequens,& nihil de futuro proſpiciens. Et hæc mortalis eſt interitumq́ patitur,cui reſpondet potentia ſuperior ſcilicet uolũtas in homine in ſubiecto incorporeo,propriaq́ potentia ſua opera exercẽs et

De potẽtiis hoĩs tam cõibus q̃ propriis

proinde a corpore separabilis immortalis & perpetua. Et harū utraq; potentia appetendi dicitur, hæc quidem rationalis, illa uero sensualis. Tertia inferior potentia est memoria sensualis per species in sensus interioris organo seruatas, rerum prius sensu perceptarū recordationē faciens. Et hęc tam brutis ꝙ homini communis est ut cęterę inferiores, & in organo corporeo suas exercet operationes interituq; habet. Cui respondet potentia superior in homine quæ dicitur memoria fœcunda, qua æternorū & supramundanorum per suas species in animo seruatas homines iugiter recordantur, ea meditantur & recolunt, & hæc ut cæterę superiores in subiecto incorporeo, propriaq; potentia suas exercet operationes ab interitu summa dei bonitate uindicata. Et harum utraq; potentia memorandi nūcupatur. Tres itaq; recolliguntur potentiæ superiores, quibus anima rationalis insignita est, scilicet intellectus, uoluntas & memoria fœcūda sūmæ unitatis & eiusdem indiuiduę trinitatis in homine dignissimum uestigium, ob quod dictum est faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, & hic diuinus est uultus quem propheta sæpius cōmemorat, & ad cuius consyderationem quotiens animū conuertit, se intimo & spiritali gaudio perfusum attestatur. Signatum est (inquit) super nos lumen uultus tui domine, dedisti lętitiam in corde meo. Et alio loco. Adimplebis me lætitia cum uultu tuo. Et rursum. Lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo. Et deniq;. Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei & deus meus.

Duplex est intellectus.

Cęterū sicut duplex est intellectus, actiu⁹ scilicet & contemplatiuus. Actiuus quidem ad consyderanda singularia & contingentia in hoc uitę statu prosequenda aut fugienda, qui artem & prudentiam habet habitus. Contemplatiuus uero ad uniuersalia & necessaria consyderanda, cuius habitus sunt scientia, intellectus & sapientia.

Duplex uoluntas.

Ita duplex est uoluntas, quædam actiua quæ cum ratione & proposito circa singularia in hac uita mortali operatur, Et eius habitus uirtutes sūt morales, optima ad hic recte uiuēdum eius præsidia. Altera est supramūdana quæ summi rerum auctoris & beatissimorū immortaliūq; entium desyderio tota rapitur, eorum flagrat amore, & ad eorum consortiū consequendum gemebūda suspirat, se carcere corporis eripi dissoluiq; cum diuo Paulo postulat. Et hęc tanto uoluntatem actiuam antecedit quanto cœlestia (circa quæ tota intenta est) terrenis superiora sunt. Et habitū habet dei & diuinarum rerum ardētissimum amorem, hac eñ deum super nos diligere iubemur, inferiore uero proximum sicut nos ipsos.

duplex memoria

Præterea duplex est memoria fœcūda siue intellectualis, una quidem inferior operationibus in hoc uitæ statu agendis subseruiens, & intellectui actiuo respondens. Altera uero superior & supramundana, deum & eius bonitatem, magnitudinem, plenitudinem, maiestatemq; iugi meditatione recolens, & solum rerum cœlestium, diuinorūq; beneficiorum cogitationibus intenta, semperq; diuina sibi recolendo præsentia habens & seruans. Et

hęc tanto inferiorem memoriam dignitate excedit, quanto cœlestia exuperant sensibilia, & intellectus contemplatiuus actiuum. Putant igitur delatum in hunc inferiorem orbem quod melioris huius intellectus ratione exuperat, mysticæ prorsus esse & latentioris significantiæ miraculiq & loco & nomine mortalibus haberi.

Illapsus primum præcelsæ uirginis aluo
Quæ mox concepit nullo de semine prolem
Viliaq enixa est nono ad præsepia mense
Iam uix octauam lucem conspexerat infans
Iam uix assumptæ prima incunabula carnis
Attigerat, cultros pellis cum cæsa cruentos
Sensit, & hostiles aufugit principis iras
Herodis, supero matrem puerumq tueri
Afflatu iussus Ioseph, nilotica tecta
Perrexit, monitusq iterum ad iudæa reuerti
Herode extincto galilæis adstitit aruis

Aluus — Aluo. utero. Sedulius. Vterumq puellæ sydereum mox implet onus. Aluus in utroq & masculino & fœminino genere reperitur, at hoc postremum frequentius. Præcelsæ. Est em̄ uirgo illa beatarum beatissima uerbi mater Maria, cūctarum fœminarum gloria. Est inquam rosea illa omni puritate candens aurora, quæ uerum iusticiæ solem præuenit, ex cuius purissima substantia ceu ex quodam fragranti & odorato rore sacratissimū christi domini templū spiritu sancto immo & una ęterno patre & filio plus q̄ affabre elaboratum est, & de ea sola terrenum patrem

Præ — nesciens natus est saluator uniuersorumq salus. Animaduertendum prępositionem præ eius esse naturæ, ut & separata & coniuncta in oratione ipsa dici scribiq possit, diphthongon semper includēs. Eam quanq̄ uarios in significatus persępe acceptā desumptamq inuenimus, uerior tamen et proprior sensus si ex ea id quod est prius intelligatur, atq ipsi præpositioni ante significatu & re ipsa respondeat. Apud ueteres obseruatū inuenio ut ipsa præpositio minime coniuncta uaria denotat, sed nonnunq antea significat, etiam non iuncta sed separata, Si uero cum alia dictione conflectur, aut semper aut frequentissime ante prius ue significat, Ideoq in communi usu quod & præfero & præpono & multa id genus aperte cōmonstrant. Mox concepit. Subito assensu, ubi respondit Gabrieli angelo annuncianti. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum uerbum tuū. Expectabantur em̄ uerba consensus loco totius humanæ naturæ, de quo Augustinus in libro de uirginitate. Nullo de semine. quia inse͞mina

biliter (ut Damascenus ait) christus incarnatus, & secundũ eum humana
tus est. Arator. Rerũq; creator, Hoc quod ab humanis sumpsit sine semi-
ne membris, humana pro stirpe dedit. Enixa. peperit, pro qua uoce
Virgilius dixit cõnixa hiatus causa, ut Seruius triumuir docet. Ad prę
sepia. quoniam euangelio teste non erat in diuersorio locus. Fuit itaq;
reclinatus IHESVS dominus ubi natus est a matre in præsepio. Dicitur
autẽ a multis bouem ibi et asinum fuisse, idq; palam spectatur in picturis, Natus sal-
Deriuatur aũt ab Esaiæ prophetę uerbis. Cognouit inquit bos possessorẽ uator ad
suum & asinus præsepe domini sui, Israel aũt me non cognouit, & popu- præsepe
lus meus non intellexit. Nono mense. nouem mensibus gestatum in
utero uirginis christum & festa & solennes cerimoniæ celebrandi concep
tus & partus abunde manifestant, nam a vicesimo quinto martii mensis
die qua uirginem ab angelo salutatam memoramus adusq; totidem de
cembris dies noni integri dies numerantur. Scribit quoq; Beda christum
uicesimo quinto decembris natum & uicesimo quinto martii non solum
cõceptũ sed & mortuũ, ut integros annos eum uixisse colligamus, & no
uem integros menses in matris utero delituisse. Lactantius aũt ante diem
decimum kalendarũ aprilium crucifixum dominũ uoluit, de numero mẽ
sium non disputauit quibus in utero manserit. Iam uix. circũcisio sig
nificatur quę octauo die a natiuitate ex lege Mosis fieri debebat, & facta Circũcisus
legitur cap. secundo apud Lucã. Et postq̃ consumati sunt dies octo ut cir
cumcideretur puer uocatũ est nomẽ eius IHESVS, quod uocatum est ab
angelo priusq̃ in utero cõciperetur, Quod Iuuencus numeris sic retulit,
Viderat octauam lucẽ puer ecce recidi, Ad morem legis, nomenq; apta
re necesse est. Impositumq; illi est monitis cœlestibus olim. Quod Mariæ
uox missa deo præcepit Iesus. Infans. puer fari nesciens, cum adiecti
uum est modo pro paruo, modo pro infacũdo ponit, Estq; comparabile
infans infantior infantissimus, hinc in Romano Prudẽtius. Largire cõptũ
carmẽ infantissimo. Incunabula. cunas, nã cunę & cunabula seu incu
nabula qm̃ ꝑpositio hoc in loco nihil significat sicut & in aliquibus dicti
onibus ut columis & incolumis &c. pro eodẽ desumunt. Pellis. ꝑputiũ
dictũ, ꝓ eam pelliculã q̃ summã glandis partẽ cõtegit e more ꝑputabãt
quã quia retinebãt gẽtiles ꝑputiũ dicebãt, sicut ecõtrario iudęos appellãs
gẽtes exprobranter nũcuparũt. Cruentos. sanguine & cruore asp̃sos,
litos. Cultros & cultra dicimus. Hostiles. uidetur ad cantatissimũ sacri
presbyteri Sedulii hymnũ hostis Herodes impie alludere, qm̃ a bimatu
& infra ut scriptũ est in euangelio iussit oẽs occidi, sperans hoc modo chri
stũ quẽ in Bethlemo natũ acceperat dubio procul interceptũ iri. Hinc Ma
crobius retulit dixisse Augustũ. Præstare põrcũ Herodis esse q̃ filiũ, nam
more iudęorũ porcis abstinebat, qui a filii cede nõ abstinuit. Principis.
Tyranni, quanq̃ inter principem seu regẽ & tyrannũ hoc intersit, ꝙ prin
ceps ad eorũ qui subsunt cõmodũ, Tyrannus uero ad propriam dũtaxat
utilitatem principatur.

Herodes — Herodis. de cuius principatu non parum multa narrat Egesippus, q & genus etiam & gesta refert ab hoc Herode, qui primus iudeæ ex gentibus imperitauit,& hierosolymas possedit, Alii Herodes fluxere sceleribus notissimi & christo & sectatoribus infensi. Ioseph, Iacob, IHESVS disyllabe. Iosephus, Iacobus, Ioannes trisyllabe potius enuncianda tradit uir quidam doctissimus, cui indignus sum ut lora relaxem, aut nitidæ soluam sandalia palmæ, & in nomine IHESV aspiratio non initiali uocali sed postponēda. Et in his nomibus præsertim in supereximio nomine IHESV trahere a gręcis qui nulla ex parte aspirant & trisyllabū faciunt, delirium est. Illustris igitur auctor noster hoc loco quod ratio carminis aperto demonstrat expressit hebraismum, qui in his potius q̄ græcismus imitandus est. Sic & Arator luculentus christianorū poeta, Constituere duos Ioseph cognomine iustum. Sic Iuuencus. Ioseph urgetur monitis, quem tam inscienter q̄ præpostere quidam sic citat. Vrgetur monitus Mariam puerumq; Ioseph⁹. O egregium & lepidum ingenium, quid sibi uult monitus? quid ω mega? saltem in hac uoce diligenter a nostris obseruatum, tametsi in nomine Ioannes natura trisyllabo, non modo a docto dubio procul quisquis ille sit hymni ut queant laxis auctore scienter & non erranter, sed probe Alcimum. Fortunatū. Sedulium. Apollinarem imitatus uidetur, qui omnes ω mega corripuerunt, nec omnes recētiores ut quidam ait perperam id obseruarūt. Nam ut multos ex nostris taceā, sat erit mihi unus Ioānes Pōtanus cuius & urania Aldo cū uenetiis essem liberalissimo uiro et eodē optimo donatus sū, & poemata doctiorū oīm consensu cum antiquis certāt. Par est Criniti de eo iudiciū. Pontanus uir inquit unus ætate nostra, qui antiquitatem ipsam ac disciplinas honestiores pari facūdia atq; ingenio exprimat, Idem Alcimus, item & Pontanus in dictione Iacobus mediam corripiendo fecerunt, Dicam ne igitur Pontanum & quos memoraui male locasse syllabā? aut friuole magis errasse arguā? absit procul istec a me impudētia, ut ego pios eruditorū manes de quibus honestius & parcius etiam dum uiuerent loquendum ignoranter stulte & impudenter uellicem, abeant deceptiones præceptiones dicere uolui futiles istę & e triuio barbarorū calumnię iniurię, qm̄ nebulones detractiones decent & cuiuis probo displicent præceptori. Afflatu supero. cœlestibus monitis. Iuuencus. Ipsum etiam puerum monitis cœlestibus actus. Ægyptum cum matre simul transportat Ioseph. Hic est ille Ioseph iustus cognomēto nobilissima stirpe regia propagatus. Matthęo teste. Ab Abrahamo inchoāte in cuius semine omnium gentium benedictio promissa est, per intermedias patriarcharū, prophetarum ac regum generationes, usq; ad Ioseph progrediendo describit, sic concludēs, Iacob aūt genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est IHESVS qui uocatur christus. Tueri. constat diuinitus Ioseph nutritorem & alumnum ac tutelarem tam patrem q̄ uirum matri & filio destinatum. Hinc inter

Marginal notes: Herodes — Ioseph — Iacob — IHESVS — Officiū Ioseph institutum apud argentoratenū.

eum & sacrosanctam uirginem ut sacratissimũ ita uerissimum extitit cõiugium,licet non sit carnali mistura consummatũ.Huius diui Ioseph ad euangelicam ueritatem & receptas sanctorum patrum sententias officiũ ab auunculo nostro congestum est,quod nouissimus Albertus Bauarus nobilissimæ Argentinensium ædis præses ad decimum nonum diem celebriter peragendum ualituro edicto perpetuo instituit, Nilotica tecta, ægyptum,Matthęus.Surge & accipe puerum & matrem eius & fuge in ægyptum & esto ibi usq; dum dicam tibi.Futurum est enim ut Herodes quęrat puerum ad perdendum eum,Qui consurgens accepit puerum & matrem eius,nocte & secessit in ægyptũ,a nilo fluuio (qui ut nos contra gentes credimus ex terrestri paradiso ortum habens ab æthiopia in ęgyptum auctore Damasceno descẽdit) niloticus deducitur.Hinc Apuleius supra q̃ dici possit idoneus scriptor quicquid blacterones triuiales ferant niloticos calamos dixit pro ægyptiacis. Monitusq; iterum. Iuuencus.Mirandis rursus deuinctus membra sopore.Ioseph urgetur monitis Mariam puerũq;,ægypto ad patriam uectare.Tumq; illud multo ante prædictum a prophetis impletum est.Ex ægypto uocaui filium meum.

Iudæa. in duas partes diuiditur in citeriorem & ulteriorem,hæc peræa uocatur,quia ut inquit Plinius a cæteris iudęis iordane sit amne discreta,Nam & regio quę trans eufratem est peræa noĩatur ut docet Strabo Iudæa tamen siue iuda tota palestina dicta est,quæ prius Canaan a filio Cham terra diues opum,frugibus fertilis,opima balsamis,unde ob singularem aeris temperiem & elementorum gratiam existimauerũt iudęi eam promissam patribus terram lacte & melle fluentem. Extincto. mortuo,uita male functo,Nam crudelissima morte diuino iudicio mulctatus,de quo apud Egesippum,Omnes uno ore ueræ fidei nostrę propugnacula ecclesię doctores fatentur luere nos penas scelerum oportere nisi per pœnitentiam deleta fuerint,afferunt rationes ex diuina iusticia quæ nec fallere nec falli potest,cui nullus esset locus si probis moribus homĩes qui hoc in aere sæpissime afflictantur in alia quæ futura est uita sempiterna gaudia non manerent, & scelestos ipsos penæ æternæ, qui tamen in hac uita uehuntur conspicui,nec eorum luxuriæ aut terra aut mare sufficit,nec satis est auariciæ quicquid uehit tagus pactolus & hermus,nec aliud in hac uita quęrũt quã quoquo modo animæ suæ benedicere,hoc est indulgere ei in uolupta te,quemadmodum ut taceam exempla multa in libris cum aliorum sanctorum,tum maxime diui Gregorii posita,benedicebat animę suę diues ille in euãgelio cuius ager vberes fructus attulit Et dicebat aĩæ suæ.Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos,requiesce,comede,bibe,epulare,at dei censuram huiusmodi hac in uita benedictionem maledictione ferientem audiuit.Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te,quæ autem parasti cuius erunt? Itaq; interitus iniustorum cruciatus amarissimus,scriptum est enim.Mors peccatorum pessima,qualem Herodis scriptores testificantur.

Galilæa

Galilæis. audiens enim ꝙ Archelaus regnaret in iudæã pro Herodẽ patre ſuo timuit illo ire, admonitus in ſomnis ſeceſſit in partes Galileæ, & ueniens habitauit in ciuitate quæ uocabatur Nazareth,ut adimpleretᷣ quod dictum eſt per prophetas,Quoniam nazareus uocabitur.Galilæa autem Plinio teſte Syriæ Arabiæ atqꝫ Ægypto coniungitur,nomen duarum regionum,ex quibus una galilæa gentium uocatur, uicina Tyriorum finibꝰ,altera erga tyberiadẽ & ſtagnũ genezareth in tribu zabulon

Subditus interea peragit mandata parentum
Præcellitqꝫ ſenes puer & ſalomonia templa
Ingreſſus monuit legiſqꝫ abſtruſa recluſit
Mox docuit ſolymos præclaræ munia uitæ
Præconis tonitru,qui flumine mergier artus
Suaſit,& indignum chriſti qui lora relaxet
Se uocat & nitidæ ſoluat ſandalia plantæ

Subditus. ut in euangelio ſcribitur.Et erat ſubditus illis.Parentes autem non præcipiebant niſi quæ deo ipſi grata cognoſcerent.Et uos adoleſcentes tam hoc exemplo chriſti domini noſtri qui q̃cunqꝫ pauperibus parentibus incõmoda obueniũt libentiſſime tulit noſtri gratia licet in eius poteſtate ſint omnes diuitiæ om̃is poteſtas & omniũ iura regnorũ q̃ præcepto legis honorate parentes,præceptores,magiſtros & doctores ṽros, Paria nãqꝫ ſunt gigni & erudiri,cum alterũ procreet animal,alterũ faciat hoĩem.Non em̃ manus duas habere aut pedibus geminis proficiſci cæteraqꝫ huiuſmodi quibus a brutis differimus hoĩem faciunt,ſed rerũ ſciẽtia & eloquentia,q̃ nobiſcũ non naſcunt̃,quin immo ab aliis accipimus apti ad eã rem nati magis q̃ cætera animalia,quæ tanto in nobis maiora ſunt quanto a uiris p̃ſtantioribus accipimus, Puer. Contigit inſignis pueritia multis,ſed nulli magis q̃ chriſto deiperæ filio,cuiꝰ uita abſolutiſſima eſt uirtutis idea,Nec fuit unq̃ in ullo nec eſſe potuit tãta indoles,ut ſtudio ſapientiæ & cœleſtiũ rerum cura puer parentes reliquerit,matre cui chariſſimus fuit propinquorũqꝫ comitatu relicto triduo requiſitus,nõ in puerorum cœtibus ſed in ſapientiũ uirorum conſeſſu,non puerili intentus luſui ſed diuinarũ rerum diſceptationi,non in profano ſed auguſtiſſimo eſt templo repertus,teſtatus oportere ſe non in his eſſe quę hoĩm ſunt,ſed quæ ſui qui ſe in terrã miſit patris. Pręcellit. quippe om̃es qui eũ audiebant ſtupebant ſup̱ prudentia & reſponſis eius. Senes. ſapientes,doctores,legis magiſtros.Sedulius.Legiſqꝫ magiſtros,Inter ut emeritus reſſ

De inſigni chriſti pueritia

debat iure magister. Cæterum ætas est condimentũ sapientię, Nam ut iu uentus uiget sensibus, ita seniũ uiget animo, torpet iuuẽtus consilio, corpo ris senectus uiribus torpet. Salomonia templa. Templum Salomo nis Dauidis regis ex Bersabea filii secundi hebræorũ regis, cuius gesta si quis uel prima uel nouissima perdiscere cupit, ea a capitulo primo tertii li bri regum usq; ad duodecimũ, & primo secũdi paralippomenon usq; ad decimum perquirat, Is deuictis hostibus & pace undiq; reb9 compositis templum illud toto terrarum orbe celeberrimum extruxit. Legis. an tiquæ. ueteris instrumenti, Scimus nanq; duas esse tabulas, primam man datorum legis antiquæ, quę tradita est Mosi typico legislatori. Alteram autem nouæ legis quę enunciata est a christo domino uero, & non ampli us typico legislatore qui secretiora mysteria reuelauit. Solymos. iudæos iuxta illud. Tunc exibat ad eum hierosolyma, & omnis iu dæa, & omnis regio circa iordanem, & baptizabantur ab eo in iordane confitentes peccata sua. Dicti solymi ab urbe digniori hierosolymis, cui9 excidium per Titum celebratum cantatissimum est, Est & solyma quoq; assyriorum urbs post euersum templum quod erat in hierosolymis ædi ficata, & solymi quoq; Pyside nuncupati, de quibus Cicero meminit. — Duæ tabulæ

Munia. dicuntur officia lege debita & officia quæ publice præstan tur, unde immunis amunis communis. Vitæ. Hominum triplex est uita, Prima factiua qua arte uiuunt ut sutoria ædificatoria, & hæc infima est. Altera est actiua qua ratione uiuunt practica administratiuaq; ut qui magistratus gerunt, & rei publicæ habent administrationem & hæc me dia est. Tertia uero contemplatiua qua uiuunt ratione theorica speculati uaq; & potissimum supremæ supramundanæq; philosophiæ, ad quam omis inferiorum contẽplatio ordinatur, & hæc dignissima est, uiuit itaq; homo aut arte, aut ratione, cum actiua, tum contemplatiua. Tonitru. sono, prędicatione, concione, Tonitrus tonitru & tonitruum dicimus, de quo uideat Aristoteles vi. capite tertii meteorologicorũ. At stoici dicunt tonitru nubium collisonem. Fulgur accẽsionem ex earum attritu, fulmẽ uegetiorem effulgentiam, ut turbinem languidiorem, hoc etiam modo fulgur, fulmen & tonitruum exponi uideo, ut fulgur ignem ostendat, ful men emittat tonitruum comminatio quædam sit & sonitus sine ictu. — Triplex hominũ uita.

Præconis. præcones a præ id est ualde & canendo dici autumat Pri scianus, Tu autem per præconem præcursorem diuum Ioannem Bapti stam accipe, qui ut ait Iosephus erat reuera atque publice habebatur om nium exemplar uirtutum. Ad quem tanquam ad oraculum plurima iu dæorum cęterorũq; turba undiq; confluebat, Ioannes aũt ille IHESVM Nazarenum esse messiam palam procul dubio affirmauit, iussitque om nes eum sequi, De hoc scriptum legitur uox clamantis in deserto parate uiam domini, rectas facite semitas eius.

De inſigni huius Ioan. Baptiſtæ ortu Sabellicus in hęc uerba. Nec intempeſtiuus matris uterus, non fauſtum Ioannis Zachariæ filii ſalutaremq́ terris deſpondit ortum. Nihil deus non mirifice & utiliter operatur, mulier quæ dum per ætatem mater fieri potuit ſterilis fuerat, Iam grandis natu & decrepita pregnans facta eſt, cæterum q̃ magnus futurus eſſet partus, ipſe puer quum in materno adhuc clauſus eſſet utero declarauit, qui prius propheta extitit q̃ in lucem ederetur. Suaſit. prędicans in deſerto iudæę & dicens pœnitẽtiam agite, appropinquabit em̃ regnum cœlorũ

Mergier. pro mergi figura eſt qua frequentiſſime in cudendis carminibus auctores omnes boni nominis utuntur, proparalepſis ab aliis paragoge dicitur. Flumine. iordane quem Hieronymus ad libani montis radices oriri ſcribit, & duos habere fõtes, unum ior nomine, alterum dan, qui ſimul iuncti iordanis nomen efficiant, de quo & Plinius, alii meminerunt.

Artus — Artus. membra, & licet promiſcue accipiantur; artus tamen dicuntur oſſa cum neruis & uenis. Membra aũt uocamus carnem artus tegentem. Lora. cingulum & græcum eſt λῶρον, unde poetæ baltheũ ueneris qui ceſtus dicitur lorum appellant, Significant etiam lora iumentorum habenas & quæcunq́ ligamina.

Sandalium — Sandalia. genus calceorum eſt & græcum σανδάλιον nos ſoleam uocamus, quod ſolo pedis ſubiiciatur, ſignificat autem ſolum inter cætera pedis partem inferiorem.

Plantæ. pedis. Iuuencus. Cuius uincla pedum non ſum cõtingere dignus, ſed & de herbis planta dicitur.

Hinc uaſtę latebras chriſtus perrexit eremi
Multos paſſurus uiolenti dæmonis aſtus
Nancq́ quater denos iam roſcida luna rotatus
Egerat, & totidem magnum ſol aureus orbem
Ambierat terrę, nec dum ieiunia chriſtus
Soluerat eſuriens, cum ſe tentator operta
Ingeſſit fraude, & lapides miteſcere duros
Præciperet blande ſtimulat, cui talia fatur.
Nonne ſacri referunt libri? traducere uitam
Non datur in dapibus, ſed enim fœlicius illud
Quod fluxit ſacro ſemel omnipotentis ab ore
Perpetuam præſtat uentura in ſecula uitam.

Hinc uaſtę. Deſcribit tentationem diaboli trifariam in deſerto ſuperatam a chriſto.

Pergo — Perrexit. a per & rego, licet Sipontinus a per & ago uelit conflatum, quod p̃teritum non probat, cum ſit ad analogiam ſimpli

cis dictum perrexi & non peregi. Latebras. loca ubi homines se oc-
cultant sed & de feris dicitur. Eremi. est ut scribit Aristophanis enar- Eremus
rator eremus deserta habitatoribus terra, παρὰ τὴν ἔραν quod ut inquit
terram significat, fuit, Quod autem quidam ut Prudentius alii mediam con
tra naturam literę η corripuerint, non sunt ob id erroris arguendi, quod
literarum græcarum ignari solent, non animaduertentes & græcis ipsis
morem esse & perfamiliarem tam ω q̃ η facere breues & nonnunq̃ ob re De ω & η
ue seu paruum extendere, Quare Prudẽtium, Sidonium, alios ex nostris
ego non errasse dixerim, nam uterque literarum græcarũ doctissimus cau
sam suam defensaret. Miror itaque pium Bononiẽsem Sidonio adscripsisse
errorem ut ipse ait indeprecabilem, quod in nomine diastema η corripue
rit. Fuit tum profecto ut mihi uidetur sententiæ suæ iudiciique immemor
Nam nisi me animus fallit scripsit Sidonium structuræ syllabariæ obser
uantissimum, & ut hoc in loco dissentio a Pio, ita & ab aliis Pio minorib⁹
discedo, qui & errasse dicũt Sidonium in dictione syllogismus. Multos
astus. Hinc Prudentius in fine hymni ante somnũ. O tortuose serpens. Astus
qui mille per meandros, Flexuosas agitas quieta corda, discede, Ab ἄστυ
græca uoce quæ urbem significat astum dictum uolunt, quoniam oppi-
dani urbanique rusticis & paganis callidiores. Dæmonis. uel a scientia
ut notissimum est, uel a terrore ut Eusebio placet nomen tractum. Nostrę
autem religionis homines appellant spiritus in cœlo a deo creatos qui de
cœlo deiecti partim in terræ infimo, partim in hoc aere damnati sunt.
Hinc eudæmon & cacodæmon pro bono & malo dęmone. Diabolus au
tem ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν quod est calumniari, idque illi obtigit ex prima
in primos homines calumnia. Luna & stellæ ordinatæ sunt ut illu
minent noctem, non quod in die semper sint sub terra, Nam sunt & interdiu
stellę in cœlo super terram. Sed sol illas simul & lunam ualidiore iubaris
claritate occultans non sinit apparere. Latoniam quoque poetæ lunam uo
cant ob fabulam quę ex Ioue illam & latona in delo natam refert. Ponta Pontani versus
nus Plinio subscribẽs de luna sic cecinit. Prima deum terras glaciali syde de luna
re circum. Luna meat, cœlumque suo terit ultima curru. Dux clara in tene
bris alienæ obnoxia flammæ. Æmula fraternis radiis & solis ab ore. Ora
fouens quantũque ab Apollinis igne recedit. Hoc magis ipsa suum fundit
mortalibus ignẽ. Cornibus auratis primũ mox fronte refulget. Iam me-
dia medium cœli dimensa uolumen. Atque hinc obliquis uultus turgẽtiaque
ora. Nocte refert, tandẽque uago digressa meatu. Exurgit solem cõtra ple
noque coruscam. Orbe comam et fuluo totũ caput explicat auro. Septima
quinetiã ut cœlo concessit ab alto. Mole grauis, septem ore uices, septem
ore figuras. Mutat agens circũ & paruũ conuertitur annũ. Est aũt mul-
tinomia, nam Hecate & Diana phosphoros & dictynna triuia & prothy
rea, lucina & proserpina, ac aliis etiã nominibus nũcupata est, quę undique
Beroaldus annotauit, diligenter e re exponens. Sed & illustris auctor no-

ſter eórum nominū ſuis in commentariis meminit.Plinii uero uerba ipſis
iam pueris ut ita loquar decantantur,multis em̄ interpretibus ſunt reperi
ta.Cæterum ut Pontani uerſus facilius intelligātur,aduertendū eſt quod
cum luna ſuam incipit circulationem primo die penitus obſcura eſt & lu
minis expers & græce νεομηνία hoc eſt noua luna dicitur. Deinde ſex
diebus ſenſim ſecundū dierum ordinem maiore ſui parte illuminatur, &
dr̄ appellatiōe gręca monois.Septimo uero die media parte illuminata et
dicotomos nominatur.Sequentibus ſex diebus cōtinue illuſtratur, & grę
ce uocatur amphicircos. Decimo quarto uero die cōpletum eſt aſſecuta
crementum.Deinde aliis ſex diebus eius lumen paulatim decreſcit maio
re tamen parte illuminatur. Primo autē & uiceſimo die media tm̄ parte
illuſtrata.Sequentibus ſex diebus decreſcit ſecundū dierum ordinem, de
inde uiceſimo octauo die completa eius circulatione penitus euaneſcit ex
oculis noſtris rurſum obſcura. Rotatus. orbes,circulationes,de quib⁹
aſtronomi,qui tres lunæ dant orbes inſtar ſolis in effigie diſpoſitos,quar
Sol tum inſuper addunt concentricū ſcilicet mundo priores tres ambientem
& hic deferens caput draconis appellatur. Sol. Hoc luminare maius
quarta die fecit deus in principatum & poteſtatē diei,qui ut recte Cicero
ſenſit dux eſt & princeps & moderator luminū reliquorū mens mundi et
temperatio tanta magnitudine,ut cūcta ſua luce compleat & illuſtret,&
a phyſicis cor mundi, ab Ouidio mundi oculus appellatur, om̄ia uidens
& oīa audiens(ut inquit Homerus) ἠέλιοσ θ'ὃς πάντ' ἐφορᾶ καὶ πάντ'
ἐπακού| hic ſeptem planetarum ſiue erronum medium habetur, ex quo
omnia generantur,omnia conſtant.Sol enim hyemis cauſa eſt, cū ad ca
pricorni ſydus accedit,ueris cum eſt in ariete,æſtatis cum in cancro,autū
ni cum in libra,ex his quattuor temporibus fiūt arationes, ſementes,meſ
ſes,uindemiæ naſcuntur,creſcunt,maturant fructus.Sol præſentia ſua di
em facit, abſentia noctem,ſine ſole non eſſet in terris uita ut ex plagis ſci-
re licet,ad quas nunq̄ ſolis radii penetrāt,quæ perpetuæ ſterilitati & rigo
ri damnatæ ſunt,Cupiēs ſcire ſubſtātiam,magnitudinem,formam & de
liquium ſolis,legat de placitis philoſophorum Plutarchum nuper a Bu-
deo latinum factum. Magnū orbem. cuius motu planetarum motus
deriuatur,raptatur aūt ab octauo orbe ſingulis diebus ab oriente in occi
dentem,& ita cōficit diem naturalem,uerum annuo ſpacio permeat obli
Terra quum orbem,qui & zodiacus dicitur,De quo inferius mentio fiet lōgior
ibi,dum ſol obliquum biſſenis partibus orbem. Terræ. Quattuor
elemētorum unum eſt terra ſiccum & frigidum, grauiſſimum & immo
bile a deo ex nihilo ad eſſe prima die deductū.In principio em̄ inquit fecit
deus cœlum & terram,cuius ſedem & baſim nullus hominum dicere ua
luit.Hi enim aiunt ipſam ſuper aquas fundatam & firmatam eſſe,ut diui
nus inquit Dauid.Qui firmauit terram ſuper nihilum.Et rurſus diuinus
Dauid in perſona opificis.Ego inquit firmaui columnas eius continētem

terram, uirtutem columnas nominans. Quod autem ait super maria fundauit eam ostendit undique terrae circumfusam aquae naturam, & siue dabimus eam in se ipsa, siue in aere, siue in aquis, siue in nihilo firmatam, decet nos in nullo pię aduersari intelligentiae. Confiteri simul omnia a uirtute eius qui creauit contineri, fulciri ac cōstringi. Hanc dicunt mundi centrū hoc est medium, super quo sphaera aplanes continuo mouetur ac uersat, Ipsa sola stabilis & pondere suo immota, mater frugum mater plantarum, mater animalium, mater tot fluuiorum, tot mōtium, tot syluarum, tot ciuitatum, tot oppidorum capax & receptaculum, quare nō absque re a priscis colebatur & mater deorum Cybele nūcupabatur. Ambierat ex am & eo is per mutationem e in i & b interposita significat proprie circūeo concludo, Sed & prorogo. blandior. circumuenio. interpello. aliae. Quadragesima Ieiunia. Libet hoc loco latius expatiari, dum opportuna tempori quadragesimę initium & causas & commoda referimus, Illud autem in primis aduertendum quadragesimae tempus modum esse luctus & poenitentię, poenitentem uero dum ad christum conuertitur a tenebris ad lucē transire incipit denique sequenti dominica, qua quidem canitur inuocabit me & ego exaudiam eum, Verum hac feria quarta ieiunium inchoatur, quia legitur christum eadem feria ieiunium suum cœpisse, Siue quoniam quarta aetate Salomon templum aedificauit, nosque quasi fundamētum illius templi quod e nobis construitur iacimus ieiunando, quo in paschate ipsius domini templum esse possimus. Sunt & qui aliam causae rationem afferre contendūt, tris scilicet dies fuisse additos, pro tribus illis quattuor temporum qui in quadragesima locum obtinent, quartumque pro uigilia paschatis qua ieiunare debemus. Ascribitur quadragesimae tempus poenitētiae cuius sane fructus ieiunium, uigiliae, corporalis spiritualisque eleemosyna, aliaque misericordiae opera, ut oratio, alię item contemplationis species fletus, lachrymę, nec illud a mysterio uacat sex & quadraginta diebus nos ab ieiunii sūmo initio usque ad pascha in abstinentia esse. Post enim babylonicam captiuitatem annis sex et quadraginta domini templum fuit ędificatum, unde & nos post Babylonis quoque captiuitatem id est confusionis uitiorum quadraginta sex diebus per abstinentiam bonaque opera nos ipsos deo templū aedificamus, utque numerus quadraginta dierū quibus saluator ieiunasse cognoscitur impleatur. Gregorii papę institutionibus dies quattuor praecedentis hebdomadis recipiuntur. Hoc uero tempore ieiunium inchoamus usque ad pascha sequentes, non autem eo quo christus ieiuniū egit, quia in quadragesima israel populum repsentamus, qui annis quadraginta eremum coluit, posteaque illico pascha celebrauit, uel quod homines uerno tempore natura ipsa ad libidinem cōmouentur, ad quam frenandā uiri sagaces tale ieiunium instituerūt. Itaque magis a uitiis quam a cibis ieiunare oportet, licet & ciborū abundantia fomenta sint uitiorum Sed quid prodest tenuari abstinētia corpus, si animus intumescat superbia.

quam laudem merebimur de pallore ieiunii, si inuidia liuidi sumus? quid uirtutis habet uinum non bibere, & ira atq; odio inebriari? Tunc deniq; præclara est abstinentia, tunc pulchra atq; magnifica castigatio corporis cum est animus ieiunus a uitiis. Per ieiuniū nanq; uitia prosternunt, uirtutes augentur, humiliatur caro. Hinc Prudentius sancto cecinit carmine.

Perfusa non sic amne flamma extinguitur
Nec sic calente sole tabescunt niues
V t turbidarum scabra culparum seges
Vanescit almo trita sub ieiunio
Si blāda semper misceatur largitas.

Tentator. diabolus auctor omnium tentationū, & quia ut quidam in sermone inquit tentator ille potentissimus est, cum non sit potestas ulla sub cœlo quæ ei ualeat comparari, & sapientissimus, ꝙ multa uidit, crudelissimus uero ꝙ non miseretur, homo aūt infirmissimus & ignorans, ideo iugiter et syncero corde patrē nostrum qui in cœlis est petamus, & ne nos inducas in tētationem. Qua quidem in parte qui solus adorandus est auctor orationis nostræ manifeste ostendit, nihil contra nos aduersarium quantūuis potentem posse, nisi deus ante permiserit, ut omnis timor noster deuotio atq; obseruatio ad deum conuertatur, quando in tentationibus nostris nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuat, potestas ꝓo aduersꝰ nos dupliciter dat, uel ad penā cum delinquimus, uel ad gloriam cum probamur. Sicuti de Iob factum uidemus manifestante deo & dicente. Ecce omnia quæcunq; habet in manus tuas do, sed ipsum caue ne tangas, & dominus in euangelio loquitur tempore passionis. Nullam haberes inquit aduersus me potestatem, nisi data esset tibi desuper. Hinc Sabellicus. Sed quis tantum inquit a uero deflexit unquam, ut quę in Iob uiro iustissimo euenere non dei optimi maximi permissu maliq; Genii ipsius senis astu facta arbitretur, ut is ad uirtutem exercitatior fieri homo alioqui optimꝰ. Nulla est erumna tam atrox & acerba in humanis, quę non hominem attigerit pium, iustum, & innocentem. Magna & seua hęc sed pium senis propositum adhuc potentius, exercitus est ille ut unꝰ aliquis hominum maxime uerum nunquam uictus; uirtus nam uidua est quam non patientia firmat. Quando autem rogamus ne in tentationem incidamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ, dū sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atq; arroganter aliud assumat, ne quis aut confessionis, aut passionis gloriam suam ducat, cum dominus ipse humilitatem docens dixerit Vigilate & orate ne ueniatis in tentationem, spiritus quidem prōptus est caro autem infirma, ut dum præcedit humilis & summissa cōfessio & datur totum domino quicquid suppliciter cum timore & honore dei petituri psius pietate præstetur. Operta. tecta. Fraude. calliditate, dolo malo. Prudentius.

Miratus hostis posse limum tabidum
Tantum laboris sustinere ac perpeti

Explorat arte sciscitator callida
Deus ne membris sit receptus terreis

Sed increpata fraude post tergum ruit. Fraus a ferendo dicta, sicut impostura ab imponendo, unde & impostores dicti. Pro qua dictione apud iurisconsultum.l.ob quæ uitia.ff.de edil.edict. Legitur deprauata in posteros eluenda prorsus, quãq̃ Accursio recepta sit, de quo Crinitus in hęc uerba scripsit. Ridiculus est Accursiꝰ, nisi ueniam dare homini malis, q̄m rudi seculo ac prorsus illiterato natus est, sed retineri tamẽ eius nugas, & hac ætate a nostris iureconsultis defendi, qua literæ omnis ac honestiores disciplinæ permultum incrementi acceperunt. Id ego uix ferendũ existimo, ab his pręsertim qui bonarum literarũ sacris initiati et exculti sunt, Sed hoc ipsum diis iuuãtibus commodius asseremus, multa em̃ in iure ciuili accepta perperam & inepte exposita sententias persæpe afferunt uiolẽtas & falsas, quas defendere nemo ipsorum possit, cum sint adeo nostri leguleí a romanis studiis & melioribus disciplinis abhorrentes, hæc ille. **Fraus** **Impostura**

Ingessit. subaudi cacodęmon, cuius quidem intemperies magna aduersus iustissimum patientissimumq; Iob cuius nunc memini extitit. Sed maior om̃ino quæ attingere ausa est unigenitũ dei filium, qui tametsi deus esset, erat tamẽ & homo, hũc auariciæ, hunc gulæ, superbięq; uitio polluere conatus est, Sed fraus illa eo uanior quo christi qui tãtus erat maior fuit uirtus, maior sapientia. Lapides mitescere. ut lapides duri, in mollis panis substantiam conuertãtur, Dixit nanq; christo ut euangelium refert tentator. Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant. Fert animus hoc loco Crinito auctore referre. Lapidare et lapidationes uario significatu intelligi, & quid item lapidescere & lapire sit, Multiplex ac diuersa significatio est in his uerbis quæ lapidare & lapidationes dicimus. Nam de cœlo lapidatũ inter prodigia legimus. pro eo quod lapides pluisse, ut apud auctores frequenter comperies, Hinc illud apud C. Suetonium de germanici cæs. obitu, quo defunctus est die lapidata sunt templa, subuersæ deorũ aræ. Lares a quibusdam familiares in publicũ abiecti. Lapidationẽ uero factam in aliquem intelligere debemus, cum in eum lapides coniecti sunt q̃d ipsis principibus romanis alicubi accidit, ut conspiratione facta impetum atq; lapidationes contra eos populus faceret, M. Tullius hoc uerbo utitur locis multis & in gestis Clodii Marcellinus inquit cũ grauiter questus esset de Clodianis incendiis, trucidationibus ac lapidationibus sententiam dixit. Macrobius aũt ut interdum audacior nimiusq; nouitatis affectator paulo durius lapidare pro incessere & notare usꝰ est. Nam cum de Laberii poetæ mordacitate differit, eiusq; uersiculis in C. cęsarem uniuersus inquit Rom. populus ad unum cæsarem oculos & ora conuertit, notantes eius impotẽtiam hac dicacitate lapidatam, Dicũtur etiam delapidata itinera quæ lapide strata sunt, ut a Sex. Pompeio traditur, sicuti dilapidare pro expugnare & deperdere, elapidare apud Pliniũ pro eo quod est **Lapidatũ de cœlo** **Lapidatio facta** **Lapidare** **delapidata itinera**

lapides eximere, Lapidescere uero apud eũdem nihil est aliud q̃ obdure-scere & in lapidem conuerti, qua figura sunt notescũt, serescunt, caulescũt, uirescunt, opulescunt, lutescunt & alia generis eiusdem, quibus maxime traditur delectatus Furius antias, et si a Cesellio uindice accusatur ꝙ in his latinam linguam dedecorauerit, apud C. Plinium sæpe idem compe-ries, quod illi necessarium fuit in tam uaria rerum historia ac multiplici naturę opere describendo, insolẽtius uero Pacuuius lapire dixit pro rigẽ-scere in tragœdia, Lapit cor cura, erumna corpus conficit, quod ipsum et Nonius diligenter obseruauit. Sacri libri. sacræ literę, sacra eloquia & sacrorum prophetarum oracula, quæ si qui diligenter rimantur, toto desiderio, toto mentis affectu exquirunt nimirum beati censendi sunt. Hi nanq; sunt de quibus scriptum est, Beati qui scrutãtur testimonia eius, in toto corde exqrũt eũ. Cęterũ librorũ appellatione inquit Vlpianus conti-nentur oĩa uolumina siue in charta siue in membrana sint, siue in qua-uis alia materia. Dapibus. Dapinari a dape deflectũt & dapinatio dici-mus dapes et daps, ut plebes & plebs, Leges apud Catonem in libro de re rustica. Si daps profanata fuerit, pro epulo quod diis offertur. Sed enim ut scriptum est octauo deutero. Quia non in pane solo uiuit homo sed in omni uerbo dei. Vel ut Matthæus inquit. Quod ꝓcedit de ore dei. Anim-aduertẽdum uerbum, eloquium, sermonem, ueritatem, bonum, uiam, le-gem, testimonium, mandatum, iustificationem, iudicium, iusticiam hæc duodecim in unum conspirare, & pro lege diuina accipiẽda. Res enim ea-dem nomina plura, substantia una, rationes diuersę. At inquiescur lex di-uina tot sortitur nomina, non impendio difficilis & anxia responsio est.

Lex — Lex dicitur ꝙ per eam optima quæq; deligimus, adde quod diuino nu-tu scripta nobis legenda tradita est, quodq; nos deo ligat & cohærere fa-cit. Via quia nos ducit ad deum monstrans quæ agenda & a quibus absti-nendum abhorrendumq;. Testimonium quod multis signis & testibus illam approbauit deus. Mandatum quod illam mandauit ac præcepit ar-

Iudicium — cte custodiendam. Iustificatio quod ea mediante iustificamur, Iudicium quod nobis certa & qua falli non possumus regula sit ad iudicandum de unoquoq; actu nostro probe ne an perperam agatur, nam si contra legẽ est procul dubio malus. si secundũ legem bonus salutaris & uiuificus act⁹ est, Iusticia ꝙ forma quædam sit quam obseruando iusti & deo similes efficimur. Sermo, uerbum, eloquiũ quod ore diuino sit enũciata. Veritas quia quicquid priscæ fraudis serpens antiquus protoplasti posteritati in-spersit, delet, emaculat, detergit, & hoĩem ad dei imaginẽ formatum suo restituit exemplari. Et bonum deniq; dicitur, quia inter diuinæ bonitatis indulta nos maxime perficit, Hæc igitur sunt rei unius nomina multa & rationes plures, ꝙ si approbationem requiras, illam ex sacris eloquiis nõ enim operosum fuerit eruito, Quod si tibi his euanidi auctores & mun-dana eloquentia prę feruntur, dubio procul res tibi rediit ad restim. Male

diſpoſitum eſt ingenium hominis, cum hæc ſacra legere aut diſcere non poteſt, Infœlix em̃ homo qui cum ſcit alia omnia, te aũt neſcit. Beatus aũt qui te ſcit, etiã ſi illa neſciat, Qui uero et te & illa nouit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolum beatus eſt, Ex cõfeſſionum lib. diui Auguſtini Nec abs re, ſola nanq; diuina ſtudia præter uoluptatem & utilitatem ſũmam quoq; pollicentur fœlicitatem.

Protinus hinc celſæ uehit ad faſtigia pinnæ
Spiritus, atq; illi rurſum, ſi dia propago es
Te tuto poteris ſummo de culmine templi
Mittere, nanq; extant de te mandata miniſtris
Ne forte ad lapidem offendas, cui talia reddit
Legiferi ſcitum Moſis dominumq; deumq;
Ne tentes, paucis pauefactus uocibus hiſce
Obriguit, ueluti cum ſeuo mœnia bello
Impiger obſedit multo conamine miles
Actutum & chalybis percuſſus tempora glande
Machina terrifico quam fulminat ænea bombo
Sternitur, atq; illi torpeſcunt frigore membra

Protinus per i aduerbium eſt temporale id eſt ſtatim, per e uero protenus eſt locale hoc eſt porro tenus, id eſt a longe ſeu longe a finibus. Protinus Spiritus dici in noſtra religione conſtat ſubſtantias ſine corpore, quæ mortalibus ſe uidendas præbent. Vmbræ aũt dicuntur & dæmones & animę exutæ a corporibus, quæ cum apparent ſenſu tactus non reſiſtunt ut corpora. Sed umbræ uidentur quæ oculis tm̃ non autem manibus conſtant. Secundum medicos ſpiritus corporei ſunt tenuiſſima & ſubtiliſſima corpuſcula, quibus ueluti miniſtris utitur anima, in obeũdis uitæ muneribus. Pinnæ a qua pinnaculum forma diminutiua pro quo hoc loco deſumit, Nam ſic Matthæus. Tunc aſſumpſit eum diabolus & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, Eſt autem proprie pinna quæ mollior hoc eſt pluma Pinna & exigua penna non eſt, cum penna ſit generale ad plumas & pinnas. Pẽnarium autem & thecam pennariã dicemus ubi pennæ ipſæ conduntur. Sed & pinna pro acuto uſurpatur et ſummitate, lectori obuia fiunt exempla. Dia propago. Si filius dei es. Dia uocabulum græcum eſt & ſignificat generoſa Seruio teſte. Latinis tamen antiquis in uſu, & ipſo etiam Virgilio, etymologiam nonnulli ἀπὸ τοῦ Διός duxere, & dia i producit, Culmine. quod culmis tegitur, & ab antiquis culmina dicta ſunt tecta, quæ ædificia de culmo id eſt paleis contegebantur.

Templum Templi. ædificii deo facrati quod fanum a fando dixerunt. Mini
Fanum ftris. angelis,& alludit ad undecimum & duodecimū pfalmi nonagefi
mi uerfum,qm̄ angelis fuis mandauit de te &c.quanq̄ ut Faber nofter ob
feruauit Hieronymus in expofitione huius pfalmi tum in commentariis
fuis in prophetas negat effe de chrifto dictum,uel ut oftendat diabolum
qui a principio mentitur in fuis allegationibus mendacem,uel quia non
fatis percipit quō ultima ultimi uerfus dicti pfalmi particula et oftendam
illi falutare meum cum ipfemet fit falutare illi conueniat,& multi Hiero-
nymo aftipulati funt,uerum timendū id eft ne dum dęmonem oftendere
nitimur mendacem,a domino q̄ ei debetur ueritatem auferamus, q̄d pia
culum eft.Nonne quod eft apud Marcū & Lucā,quia fpiritus immundi
clamabant,dicentes tu es filius dei,ut probem dæmonia effe mēdacia,ne
Salutare gabo effe filium dei minime id feret pietas.Et noffe infuper oportet faluta
re interdum pro falute & ęterna glorificatione accipi,ut in pfalmi fexage
fimi primi uerfu primo,ab ipfo em̄ falutare meum,quod & Hieronym⁹
interpretatus eft falus mea,quare & quid prohibebit hic intelligi & often
dam illi falutare meū.Adde ꝙ & hic fermo eft de chrifto fecundū difpen
fationem carnis,alioqui non diceretur protegam eum & glorificabo eū
Non em̄ diuinitas protectione & glorificatione eget,quare quid prohi-
bet,& falutare dei pro filio dei uerbo quod erat in principio apud deum
oftendi ei fecundū difpenfationem carnis,et modo quidem ineffabili & fo
li humanitati fumptæ peculiari,hæc ille,apud quem hac de re latius eft le
gere.Habet homo ille res non uulgares & quę uel ipfi diui fi eis opus effet
legere,relegere,atq; delegere poffent.Mutuabimus ad prӕcelfi huius ope
ris pro uiribus intelligentiā ubiubi uidebit̃ ex cōmētariis fabrinis in pfal-
mos quippiam accedere,tam ob huius uiri auctoritatem, quæ apud eos
qui triuiales literas fuperarunt momenti habet̃ maximi,q̄ libri pfalmo
Chryfofto rum maieftatē περὶ ἧς φησὶν ὁ θεῖος χρυσόστομος μᾶλλον συμφέρον τῷ
m⁹ de libro κόσμῳ σβεσθῆναι τὸν ἥλιον ἤπερ τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτην ὁσημέραι μὴ ψάλ-
pfalmorū λεσθαι, hoc eft de quo dicit diuinus Chryfoftomus,magis conferre mun-
do obfcurari folem,quam ecclefiæ hunc quotidie non cani. Offendas.
ledas,quoniam qui incidunt in aliquid,ledere fæpe folent id in quod in-
Plebifcitū cidunt factum eft ut offendere pro ledere ufurpetur.
Scitum. decretum,hinc plebifcitum,quod plebs plebeio magiftratu
interrogante ueluti tribuno conftituebat. Legiferi Mofis. legiflato-
ris,qui primus hominum hebræis leges explicuit quas a deo accepit,Cō
pertum facris literis habetur,cum in montem feceffiffet ad deum,fplen-
debat eius facies.& poftea ex radiis promi cornua uidebātur,unde & ue
lata facie loquebatur ad populum. Ne tentes. non tentabis dominū
deum tuum.Deum inquam & dominum cui in cœlū & terras in ange-
los,in homines,in dæmones,nec momentaneū aut temporarium,fed fta
Miles bile atq; perpetuū eft imperiū. Veluti. comparatio. Miles. Miles in
quit Vlpianus appellatur uel a militia id eft duricia,quam pro nobis fufti
net,uel a multitudine,aut a malo quod arcere milites folēt,aut a numero

mille hominum,aut a uerbo græco tractum ἀπὸ τῶν χιλίων.Nam græci mille hominū multitudinem τὰ χίλια uocant & ducem χιλίαρχον.

Percussus tempora duo habet caput,unum a dextra, alterum a sinistra.Codrus.Miserum me docte Georgi,quā timui ne forte mihi per tempus utrūq;, Finderet ille caput,meq; his absolueret oris Emeritum.Sic dicta,quia anni in eis agnoscuntur,primo nanq; tempora canescunt. Glāde. Sic apud Salustium pro telo missili in glandis modum formato leges receptū,taceo Virgiliū,alios. Machina terrifico, Tormētum hoc oppugnatorium quę bombarda appellať significatur,quam potius ęneam q̄ metallicam dixerim,boni eñ nominis auctores & non phanaticos grammatistas sequēdos existimo,qui quadraginta plus annis nati,nil aliud didicerunt q̄ male bonis auctoribus uti schemata quoq; & metaplasmos ac id genus euariantia a protrito docēdi more,christianis pręsertim poetis uitio adde & manifestario errori attribuere,parum laruati memores,quid præceperit Horatius. Est aūt tormentum generale uocabulum omnium machinarū saxa tela & id genus uaria iaculantiū,ueluti est balista,bombarda.spingardæ, catapulta a syris inuenta, Scorpiones nunc arcubalistæ a cretensibus excogitati,quibus spicula & ueruta emittūtur, p̄ scorpionarios siue mauis arcubalistarios equestres ac pedestres et schloppeti a schloppo qui est buccarum sonus per similitudinem nomen adepti,& nuper a germanis ut uolunt inuenti. Machinæ uero sunt artificiosæ structuræ quæ magis conueniunt testudini arieti & uineæ,ad expugnanda oppida paratæ,& cæteris quæ græco uocabulo πολιορκητικά poliorcetica uocantur,ut est apud Vegetium & Ammianū.Tormentorū autē uibratores iaculatoresq; ac magistri tortores dicūtur.Nunc uero tormēta ænea,saxa rotunda & globos chalybis immensi ponderis ui pulueris facticii & ignis emittētia cum sonitu non ineleganter bombardas appellamus.Hinc Catanæus in descriptione bombardæ

Siue placet bombarda magis,quod dicta boatu
Seu bombo procul existens mortalia corda

Territat horrendo strepitu.Pandulphus quoq; collenutius quarta in apologia quam Bombarda inscripsit,eius impetus rationē in ea quæ de uacuo & inani feruntur referendā putat.Franciscus Grapaldus uir ut apparet multiiugæ lectionis hoc carmine,Fuderat aut uastos fumans balista molares,nomine balistę bombarda significare uoluit, Terrifico bōbo. q̄m hac una re quod Beroaldus scribit ut nihil terribilius,ita solertius nihil.Est aūt germanorū inuentū,qui & nuperrime artē inuenerūt,ære literas & ita libros formis ut uulgo diciť excudendi,qua tm̄ una diecula notant,quantū librarius per annū uix posset exarare,utriusq; inuenti meminit auunculus noster,& postremi nominatim auctoris,quo posteritas sciret quibus munera accepta referre debeat. Sterniť. atteriť.prosterniť, debellatur. Frigore. extincto sanguine,quē animā ex philosophis nōnulli crediderunt.

Tormentū

Bōbarda

Crudeles iterum uersutus colligit iras
Ac tristi obuersat fallendi pectore curas
Nubiferi ductum præcelso in culmine montis
Collocat, et molli quondam regnata Dario
Monstrat sceptra, Pharon, libyes porrecta sub axem
Regna, tagum fuluam populis qui uoluit harenam
Et quicquid latis rerum tractabat habenis
Roma potens, spondetq́ illi si poplite flexo
Procumbat, contraq́ refert diuina propago
Perfide discedas, soli seruire tonanti
Est opus, in tenues momento euanuit auras

Iterum. Matthæus. Iterum assumpsit eum diabolus in mõtem excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei. Hæc omnia dabo tibi si cadens adoraueris me, Tunc dicit ei IHESVS Vade sathana, scriptum est em̃ dominum deum tuum adorabis & illi soli seruies.

Versutus

Versutus. uafer, fallax, dolosus, malitiæ om̃is artifex, quæ uersutorum sint artes, mores, ingenia comici docent serui, quiq́ mercatores inducuntur in comœdiis. Fallendi. uersutorum enim hominum uerba sunt dubia, nulloq́ modo simplicia, promissa parum fidelia, fucata persona, solertia, malitiosa, sermo anceps, captiosa oratio, cõsilia haud quaq́ recta, fictæ admonitiones, demum in insidias, deceptiones, illusionesq́ omnino spectant, quibus cũ parũ utiq́ tutæ sint consuetudines atq́ cõmertia quo uero distet uersatili uersutus Pontanus uideri potest uir philosophus & poeta nostrę ætatis florẽtissimus.

Nubs

Nubiferi. a noĩe nubes & uerbo fero dictio conflata, notauit Seruius non dici nubs sicuti trabs, & prex & plebs. Ausonius tñ nubs dixit, præstat tñ nubes dici, utroq́ numero, & ita elegantiores fecisse auctores deprehendunt᷑. Nubes aũt non tam ex aere generant᷑ q̃ uapore aeris quidem naturã participante, qui ab humidis corporibus sublatus cum ad mediã regionem aeris peruenerit, nam in suprema aeris regione non gignunt᷑ nubes, ut probat philosoph⁹ tertio capite primi meteorologicorũ, eius frigiditate densat᷑, & in nubem cogitur. Frigidũ em̃ congregat & condensat, quæq́ condẽsauerit ad graniorem naturam ut pluuiam disponit, Cæterum nubibus est etiam color & suus, qua de re Pontanum audi canentem philosophum.

Alba parum densa est, raroq́ immista uapore
Quam sol irrumpit radiis, & ad intima tranat
Nigra grauem traxit densa caligine fumum.

Non illam ut penetrent nemorei lumina phœbi
Puniceam multus subiit calor occupat humor
Cæruleam grauidamq; imbri longeq; madentem

Dario. græcismũ in penultima expressit, nam a græcis Δαρεῖος per ι diphthongon scribitur. Hic Darius Herodoto auctore Histaspis filius quartus Persarũ rex xxxvi. annos rerũ potitus persicarũ, cum cognouisset Smerdim persarũ regnum occupasse, facta cõiuratione cum sex optimatibus trucidato Smerde de regno in hunc modũ conuenit, ut sub ortũ solis conscensis equis dum in suburbanis uectarent cuius equus uocem prim⁹ edidisset, is regnũ Cambysis obtineret, Erat Dario quidam equiso uir solers nomine œbares, ad quẽ Darius ita inquit, œbares de regni negocio sic inter nos conuenit, ut sub ipsum statim solis ortũ equis conscensis, ut cuius equus uocẽ primus ediderit, is regno potiatur. Quare si quid solertię habes, nũc comminiscere, ut nos obtineamus hoc decus & nemo alius. Ad eum respondens œbares. Here inquit, si in hoc uersatur rex sis nec ne, huius rei causa confidere te iubeo bonum habere animum ante te regem fore neminem, eiusmodi habeo medicamenta. Si igitur inquit Darius habes istiusmodi commentum, adest tempus comminiscendi, nec differendi rem, ut pote crastino die nobis futuro certamine. Hæc ut audiuit œbares ita sibi faciendum putauit, ubi nox aduenit unam equarum quã equus Darii maxime adamauit in suburbana adducit ibiq; alligat, Tum equum Darii eodem ducit, eumq; circumagens identidem equæ admouet, ac tandem admittit, Postero die simul atq; illuxit, sex persæ ex conuento affuerunt equis assidentes & cum in suburbanis ultro citroq; uectarentur, ubi ad locum peruenerunt, ubi superiore nocte equa fuerat alligata, ibi Darii equus occurrens hinnitum edidit. Tum cæteri ex equis desilientes Darium adorauerũt. Pharon, ęgyptum. Pharus est insula in Nilo coniũcta Alexandrię ponte, in qua turris altissima, unde nocturnũ ignem nautæ prospicere soliti & pericula uitant & in portus se dirigunt. Pharus

Libyes. africę, Stephanus ut refert alibi noster illustris auctor Polyhistore nixus multinomiã putauit, qm̃ terra olympia dicat̃, oceania, eschatia, choryphe, hesperia, ortygia, ammonia, æthiopia, cyrene, ophyusa, libye, cephenia, aeria, dictã aũt putãt lybiã aridã humore indigã, exiccatã caloribus arenosã, alii ꝙ inde libs uentus flare soleat. Augustinus docet lybiã duobus modis dici, uel istam q̃ proprie africa est, uel illam orientalem partem q̃ cõtigua est africę & omino collimitanea. Axem. cœlũ. Axis Q; equidem cœlum axis nomine sumitur, ita in usu est scribentium carmina. Tagum fluuiũ. Populis lusitanis, Est em̃ in lusitania quę hodie portugallia dicitur. Fuluam. auream, nam auriferum ferunt, ut & pactolum & hermum. Fuluum a fulgore dictum est nomen, & auro & leoni tribuitur. Roma potens. quam potentissimam fuisse perhibent anno ab urbe cõdita septingẽtesimo quinq̃gesimo secũdo, impii uero Augusti

De Roma na potētia & Roma

Octauii anno secūdo post quadragesimū, q̄ & christus dominus in Bethleem natus est, quo certe anno cæsar Augustus ab oriente in occidentē a septentrione in meridiē, ac per totum oceani circulū cunctis gentibus una pace compositis Iani portas tertio clausit. Cęterū scriptum est ut Crinitus obseruauit a Iulio solino de urbe Roma eam fuisse primo quadratā uocatam, qm̄ ad æquilibriū esset posita, in quo a uiris doctioribus quęsitū est. quid eo loco Solinus intelligat, cum uoce duriuscula sitū ac positionem tam augustæ urbis ad æquilibriū factam retulerit, Sedem putamus non aliter hoc accipiendū, quā ut ipsam dicamus Romā ad ęqualē regulam & quasi ἰσονομικῶς in quadratā speciem constructā, quod & Sextus Pompeius ex Verrio testatur, ratione loci ac mœnium habita, unde Plutarchus etiam ῥώμην τετράγωνον uocat, Nam & in cæteris quoq; ędificiis dicim⁹ aliquid ad æquilibriū compositū, quod æqua ratione absolutū & undecunq; perfectū appareat, tametsi hanc uocem quæ est æquilibriū ex tabulis decemuiralibus scimus profectā, quo loco lex Talionis contineretur, qn̄ & Sex. Cecilius pœnā talionis ad æquilibriū factam exposuit, hoc est πρὸς τὴν ἰσονομίαν habita iniuriarū ratione ut ipsam uidelicet talionē quasi ad amussim & libellam æquiparent & expēdant. Hæc em̄ uerba sunt legis. Si membrū rupit meū e pacto talio esto, quod & Gellius uir romanus ex Phauorini philosophi disputatione recēsuit. Sed et M. Cicero ἰσονομίαν latino uerbo exponēs æqlibritatē appellat in li. de natura deorum cū de atomis illis democriteis agit, Cōfugis inquit ad æquilibritatem, sic em̄ ἰσονομίαν (si placet) appellemus, tam & si sciam in uulgatis qdē codicibus ęquabilitatē perperā scriptū. Nec hoc ignorandū Frōtinū urbē romā ueteri uerbo indigetē uocasse. Romana inqt urbs indiges terrarūq; dea, cui par est nihil, & nihil secundū. Nostri uero iureconsulti (ut id etiam referat inter urbem & Romā differentiā haud inelegantem ponunt) ut urbem uidelicet locum dūtaxat intra mœnia intelligamus. Ro-

Vrbs

mam uero & ipsa etiā suburbia quęq; iuxta urbem circūuisantur, eoq; id asserunt ut intelligi facilius possit, quę aut Romę aut in urbe legationis iure cōphendātur, ne quid in herciscunda familia discriminis aut fraudis nasceretur. Sed hęc obiter de gentiū roma notata sint, nunc de christianorum roma nonnihil afferamus, Sunt nanq; externa ita nobis accipienda ne nos ipsos nostraq; postha beamus Petrus apostolorū princeps primū Antiochiæ, & deinde Romæ petræ .i. christo domino ecclesiam locauit,

De Roma christianorum

Sed quid appellabimus ne ecclesiā romanā. Esto, sed honorificētius ecclesiam petræ. Petro em̄ dictum est. Tu es Petrus & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā, non super romam dictū est. Sed tam diu Roma saluabitur q̄ diu nauclero Petro clauūq; naiculæ emoderāte adhęrebit petræ. Pro ecclesia petræ Faber inquit, mortem subierim libens, q̄ a fundamento & angulari illo lapide nomen habet, Nam ita mori est uitam inuenire. Sic em̄ æternus sponsus spōsam in amatoriis canticorū dramatis uo

eat,ueni colūba mea in foraminib⁹ petrę,in cauerna macerię ostēde mihi faciē tuā,sonet uox tua in aurib⁹ meis. At si quis alius ecclesiā Antiochi, Alexādri,Romuli aut Remi mihi nūcupet,qā uerū nomē obūbrat,obtegit celat,nomē dñi dei mei regis magni nō agnosco,si petrę,si christi ,ꝑti nus agnosco,immo & q ecclesiā Petri nūcupat.inferiori noīe nūcupat q̄ q ecclesiā petræ,non eñ Petri est,nisi ut fidelis procuratoris,dispēsatoris & uicarii,sed est petræ,ut proprii patris familias,propriiq; regis,& si Petrus de noīe percontatus fuisset,uero eam nomine nuncupasset,non alieno,eum in cœlo habeo testem,uerum eñ nomen omnia unit. At qui dicit ecclesia antiochiæ,ecclesia alexandriæ hoc nomen diuidit,unio aūt oīm charitatē,diuisio uero seditiones parit,hæc ille. Propago. Secunda persona sanctissimæ trinitatis filius dicitur,qui & deus est,& sobolis ei nūcupatio tribuit & prolis,quæ dictio theologis in usu est. Sic et diuina etiā propago dei filius nuncupatur,tametsi proles soboles & propago,quantum ad originē spectat uocabuli christo homi magis congruat,ex Marię ꝟginis sanguine ꝓpagato,Sed qm̄ christi nomē in diuina simul & humana natura unū suppositū denotat,ut theologi dicunt,ea propter ei coaptatur appellatio sobolis & prolis,ut uidere est in antiq̄rum etiā theologorū monumentis. Perfide. qui fidem seruat & colit bonus & fidus nominatur,ab oībus laudat⁹,Qui eam uiolat & contemnit malus & perfidus nuncupat̄ omnibus inuisus,oībus execratus,hāc etiam hosti seruandā censebant Romani,quod fecit Atilius Regulus,qui ad hostes q̄s sciebat esse crudelissimos potius reuerti uoluit,quā datam fidē aliqua in parte uiolare,Quare bene gręci de infido dixerūt ἄπιστος ἄφιλος id est qui sine fide est,amicis caret. Tonanti. deo,quem tonantem uocat more ueterum poetarū,qui nec absq; ratione dicebantur,si quem deum putabāt fulminum,etiam & tonitruum causam putarent. Sedulius quoq; qui de uera religione carmina cudit,& cœli inquit de nube tonat.

Post nucleum legis dirimens a cortice uulgo
Præbuit,æternę reserans compendia uitæ
Dogmataq; expungens scribarum mentis auaræ
Semina,pontificum luxus,fastosaq; sedi
Gaudia perstringens,pharisæę noxia turbæ
Carpit fulcra,dolos retegit prænuncia mortis
Spargit uerba suæ non indignatus ab umbris
Infernis animas excire ad munia uitæ
Reddere cognatis nutu,quæ functa sepulchris
Corpora,quæ tristem dudum exhalare mephitim

Disiectæ placuit rursum connectere formę

Post nucleū legis dirimens. Euange. Exinde cœpit IHESVS prædicare, super quibus uerbis Ioannes Chrysostomus ait. Postq̄ famē uicit in deserto auaritiā spreuit in mōte, uanā gloriā repercussit in templo, Accedit ad hoc quod charitate christi flāmatus diuinus martyr Ignatius, cui & meminit auctor nr̄ illustris infra in diabolū inuehēs inqt. Tu qui tanq̄ fulgur de sublimi gloria cecidisti, audes dicere dn̄o mitte te deorsum, cui ea quæ sunt æstimant quasi quæ nō sunt, & ad inanē gloriā prouocas eū qui non extollitur, & fingis scripturas de eo legere dicens. Scriptū est em̄ qm̄ angelis suis mādauit de te, ne qn̄ offēdas ad lapidē pedem tuū, & fingis te sequentia ignorare, auferēs ea quę de te ac de tuis ministris prophetauit dicens, Super aspidē & basiliscū ambulabis & conculcabis leonē & draconē, dirimens nucleū, sensum spiritualē, a cortice, passibili sensu puta figura, typo, nuces quę foris duro tegunt & intus habent quod esui est nucleum uocamus, Plau. Qui e nuce nucleū esse uult frangit nucē. Cōpendia uiam, semitā breuē, iter nanq̧ nostrū ad q̄d contionibus suis primū christus, deinde uero apostoli, eorundē q̧ posteritas pedes nostros direxerunt perbreue est, minime latū. nec ad conficiendū nimis laboriosū, nam christus ipse uera uita, uera uia, iugū onusq̧ suū & suaue & leue prædixit Sunt itaq̧ uiæ animæ ad deū, amor cūprimis dei & in proximū, hæc oīs peregrinationis nostrę & decurrendi itineris sacris literis summa & ratio commonstrat, q̄ canunt beatos ambulantes in uia domini Dogmata scribarū. Nisi abundauerit iusticia uestra plus q̄ scribarū & pharisęorū non intrabitis regnū cœlorū, Item cū facis eleemosynā noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt, Item cū oratis non eritis sicut hypocritæ, Item cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, & multis aliis locis redarguit & explodit uipereæ gentis uenenū, quod blandi rudi populo bibendū porrigebant. Scriba qui literas uel gesta uel tabellas & aliaq̄cūq̧ scribit noīe regis uel alterius, Liuius, ibi cū militibus stipendiū forte daret & scriba cū rege sedens pari fere ornatu multa ageret & paulo post scribā pro rege obtrūcat. Mētis auarę. cui sane deest ut moraliter & apposite Seneca scribit tā q̄d habet q̄ q̄d nō habet, q̄ multa & q̄ uaria scripta sūt a ueteribus cōtra auaritiā palā est, cū oēs prope auctores magnis qdē cōuitiis insectationibusq̧ tm̄ scelus execrati sint, Sed Auidii Cassii uerba ex eius epistola repetenda sunt, qm̄ si hoc malū priuato hoīe indignū est, certe in principe nefariū atq̧ mulctandū. Sic igit Auidius Cassius ad generum suū miserā rem publicā atq̧ infœlicē q̄ nimis diuites diuitiarūq̧ cupidos patitur. Itaq̧ M. Antoninus impator uir & moribus & rebus gestis clarissimus, nihil in tota uita magis timuit atq̧ deprecatus est quā auaritię famam, sicuti relatū est a Iulio capitolino. Nā quantū a tali crimine abesset testes optimi sūt eius epistolæ. Hoc ipsum de cæsare nostro Maximiliano cuiuis posteritati transmittere licet, uero aūt uerius est quod a Crispo Salustio refertur in hunc modū, Belua fera immanis intoleranda est auari-

Cōpendia

De auaritia

tia quo intendit, oppida, agros, phana atq; domos uastat, diuina cū humanis permiscet, neq; exercitus, neq; mœnia obstant, quo minus ui sua penetret, fama, pudicitia, liberis, patria atq; parētibus cūctos mortales spoliat. Ex quo illa nobilis ac uehemens execratio, si essent inferi auaritię cuniculi eos refodissent, quod ob eam rationē Crinitus obseruauit, ut facilius cōsyderari possit, quantū ætate nostra in eorū dignitate ac imperio speran-dum est, qui ad aurū & diuitias congerendas animū semp intendunt, cū sit hoc uitium præter cætera oīa uitiosissimū. Scribit Aristoteles in œconomico peculiariter & domestice auaritiā in senibus fœmineoq; sexu debacchari, inualescere, quippe eo infirmiori & ne res partæ deficiant metu entiori. Luxus. nimios profusos uel cibi, uel uestitus, uel aliarum rerum, & non modo pro uenerea libidine, sed omni fere superantia seu superfluitate desumitur, q̄d tamen luxuria pro lasciuo amore accipiatur, inde est, quod ex eo luxus omnes prodire sæpenumero solent. Luxus Pontificum. in canonicis decretis dist. xxi. de pontifice ista traduntur. Pōtifex princeps sacerdotū est, ipse maximus nuncupat̄, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit, maiorū hæc consuetudo fuit ut rex esset sacerdos & pōtifex. Vnde & pōtifices romani imperatores appellabant̄, excepto pontifice maximo, reliqui dicti minores pontifices, Græci pontifices archiereas, hierophantas, hierodidascalos, hieronomos, hierophylacas uariis appellationibus nūcupēt. Pontifices ut iuriscōsultus docet dicti sunt a posse et facere, Varro a ponte dictos arbitratur. Elysius calentius de nostrę ætatis pontificibus & sacerdotibus ad Hiaracū sic scribit. Pōtifices ego & q̄s sacerdotes nominant inferi regis an superi ministri sint non intelligo, Cū uideri alterius uelint, alterius mores atq; ingenia sectentur. Et Crinitus noster de hoc hominū genere quanta sit eorū inquit hominū iniquitas atq; impudentia, qui sub nomine religionis nihil non licere sibi opinantur, nā cum ad instruendos mortaliū animos pacemq; humano genere conciliādam creati atq; instituti sint, nihil amplius existimant aut magis conant̄ q̄ pro libidine seditiones principū excitare nefariasq; uoluptates flagitiosissime explere, Secli. seculū a sequendo dictū, q̄d sequi tēpus uidet̄, Vñ patet sine diphthongo scribi debere, nec propterea breuis erit syllaba, nā Seculum multa sunt uocabula quæ suorum primitiuorū naturā non seruant, Seculum centum annorū spatio finiri Varro decreuit, dictūq; putat a sene, q̄d longissimū id senescendi spatiū censuerint, alii triginta annorum spatium dixerunt seculum esse, Censorinus exordio & fine humanæ uitæ seculū concludi uoluit. Verum de uita hominis & qua fine annorumq; spatio cēseri debeat, permulti quidē apud ueteres tradiderunt, nec illi tantum qui naturæ uires ac decreta obseruarunt, sed etiā qui res publicas cōmētariis atq; p̄ceptis instruxerunt, qua in re cū inter se dissentiant auctores, plæriq; tamen centum annorū spatium uitæ hoīm cōcedūt, idq; ipsū uulgato magis q̄ intellecto noīe seculū (q̄d paulo prius memini) appellarūt, q̄d apud nos cum alii p̄multi, tū ipse Censorinus ad Q. Cerelliū copiose explicat.

Sed a Terentio Varrone traditũ est ex Dioſcoridis auctoritate qui ſyderum ſcientiã calluit ægyptios quidem ipſos (quibus ſeruandi medicata cadauera cura fuit) ſubtili admodũ et arguta ratione deprehendiſſe, quo maxime uitæ ſpacio ætas hominis extimari debeat, ſumpta ex pondere humani cordis coniectura. Itaq; affirmarunt idem ægyptii centum om̃ino annis hominũ uitam definiri, ꝙ eorum cor qui ſine ulla corporis tabe perierint, hoc ipſum declaret, Q̃m cum ætate (ſi expendat̃) aucta atq; dãna referat, anniculi em̃ pōdere duarũ drachmarũ bini quattuor & ſic ſingulis annis uſq; ad quinquageſimũ binas accedere, ut centum drachmis exiſtat. Quinquagenarii hoĩs cor ex eo dein numero unoquoq; anno binas detrahi ac minui, quo perſpicuũ eſt ab anno centeſimo ad primam ſui ponderis redire, neq; longius poſſe proferri, q̃d ego tam̃e acutius q̃dẽ exiſtimo q̃ uerius, quãq̃ in his libris qui τὰ ἀνατομικὰ proſecuti ſunt mira prorſus atq; incredenda explicent. At qui doctiſſimi mathematicorũ centum uiginti annos homini ad uiuendũ datos iudicant, neq; amplius cuiq̃ conceſſum dicunt, illud etiam adiicientes, Moſem ipſum dei familiarem xxv. ac centũ annos uixiſſe, qui cum interitũ hunc ut immaturum forte quæreret̃, ferunt illi ab incerto numine reſpōſum, neminẽ deinceps amplius eſſe uicturũ, Sed in ſacris etiã hiſtoriis finẽ homini ueteres tribuunt xx. annos ſupra centeſimũ, quod & Ioſephus ipſe Firmianuſq; et alii referunt. Verũ omittentes antiquorũ argutias, chriſtiani chriſtianã humilitatem conſyderemus, qui cōſumimus annos noſtros quaſi ſermonẽ loquens, ut uir dei orauit, & reuera ſicut ſermo loquentis, qui ocyus fugitat irreparabilis, ita repente defecerũt anni noſtri, qui in potẽtatibus octoginta anni, & amplius eorũ labor & dolor. Arbitrat̃ hoc loco Faber oraculum hoc ad literã uerũ eſſe, licet nonnulli opponant nobis macrobios, vt Taprobanitas & nonnullos alios, quos cauſant̃ hanc ętatem uiuendo excedere, Sed reuera nullus eo tẽporis deductos ſenes eſſe negabit, & ſeniũ laborem, anxietatẽ, curas, & multa huius ætatis incōmoda comitari, adde & iuxta adagiũ ſenectutem ipſam morbũ eſſe, reliquas ſeculi acceptiones alibi explicabimus, facturi modo de morte chriſti propriaq; cogitãda non iniucundã mentionẽ. Fulcra. a fulciendo id eſt ſuſtinendo dicta. Phariſæę. erant apud iudæos tres ſectæ, phariſęorũ, ſaduceorum & eſſæorũ, quæ uero dominus noſter diſcipulis de phariſęis dixerit, ſæpi repetẽdo'ue aũt uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ legere eſt apud ueraciſſimæ hiſtoriæ q̃ uiuificantis uitalia chriſti geſta complectũt̃ ſcriptores.

De pōdere humani cordis

Dolos. malos ſcilicet. Eſt em̃ & dolus bonus, celebratus eſt apud iureconſultos de dolo malo titulus. Prænuncia uerba, Scitis inquit q̃a poſt biduũ paſcha fiet, & filius hominis tradet̃ ut crucifigat̃, tũ aliis multis in locis, quæ pius lector non magno impendio conciliabit. Mortis, adde & reſurrectionis ſuæ poſt triduũ. Verum enĩuero ſi nos genus mortale nam ideo nati, ut moriendo ſemel uel iugiter melius uiuamus, uel in

secundã mortem descendamus christi primũ, & demũ propriç mortis iugem meditationẽ faceremus, capitalia uitia cæterorũ seminaria facile exterminaremus. Nam si gloriæ propriç stimulis agitamur, christũ repetamus memoria, qui pro nobis exinaniuit semetipsum, ut ait apostol⁹. Formam serui accipiens, factusq; obediens usq; ad mortem crucis, atq; illius gloriç cũctas actiones nostras & opa cõdonemus. Si nos auri sacra fames molestat aut si principatus & imperii cupidine solicitamur, perpẽdamus in cruce christũ nudũ languẽtissimo nostrarũ aĩarũ more, q cũ deus esset & dominus orbis uniuersi percunctanti cuidam de diuersorio priusq̃ crucifigeretur respondit, uulpes habere foueas, & uolucres cœli nidos, se aũt locũ quo caput reclinare posset non habere, unde uictu & tegimento alisq; contenti, sine quibus uita hæc transigi non potest, diuitias ceu maxima impedimenta calcemus, Si blanditiis carnis & uoluptatibus exurente libidine titillemur, uoluamus animo uirginitatẽ christi, mẽtis carnisq; mundiciem, ut ipsius amore in coniugio casti & continẽtes esse possimus, Si culinç nidor gulam exagitat, atq; palato saliuã excutit, si gulæ citamẽta cor subeũt felle & aceto christum in cruce potatũ recogitemus. Si cor exçstuat ira bullitq; sanguis uindictã sciẽs recolamus christũ nostri amore a seruo pontificis pertulisse alapam patientissime & indutũ fuisse ueste purpurea, flagellatũ & spinea corona in derisum & contumeliã coronatum, atq; etiam latroni qui se blasphemauerat ignouisse. Si rodimur pectora inuidia, animum eo uertamus, pensemusq; solẽ christi nutu nõ modo super eos qui diuinis præceptis audiunt, sed qui etiã scelestissime contemnunt deferri, uberemq; promiscue mandari pluuiã, eundẽq; pro omibus mortuũ, ut omes fœlicitate donaret, Si nos acedia torpentes detinet, & somniculosa segnities illigat, feramus animo christi laborem triũ & triginta annorũ indefessum, quem ut nos doceret doctrina & uitç exemplo instrueret atq; instituueret perpessus est, Subeat mentẽ corpus eius columnæ alligatũ, & a planta pedis ad uerticem cæsum, offerantur cordi fossæ manus, fossiq; pedes, cruciq; confixi, et nos pudeat molles semper ducere somnos, pudeat non rependere uices amoris. Pari quoq; ratione hisce uitiis propriç mortis memoria resistim⁹ in primis inani gloriæ. Quippe cũ ex fine breui nostræ uitæ finem q̃q; gloriç futurũ breuiusculũ agnoscim⁹ Sed quid nobis post mortẽ profutura est gloria? ad eam sane anhelamus uel ut honoremur, uel ut diuitiis cumulemur, q̃ defuncto homini præstare nequeunt nec ullam omino afferre opem. Auaritiç sitis hac pariter potione restinguitur, qm̃ ea uis mortis est ut uno momento nostra omia bona quæ fortunæ nuncupanť populabunda diripiat, Libidinũ quoq; incẽtiua illicitiq; coitus hoc eodem medio coercemus, ipsam cogitantes corporeã molem, quã tantopere cupimus delectari, post modicum temporis spacium esse a tineis & uermibus uorandã, futurũ quoq; si illius uel maris uel fœminæ dilectç mors nostram uel paucis diebus præcurrat ut nõ

Contra superbiam.

Contra luxuriam

modo eiusdē amplex⁹ & oscula nō expectamus ardēter, sed nec cernere corp⁹ amatū iā excitata & ob turpitudinē & ob fœtorē nausea possim⁹.

Cōtra gulā superfluas etiam epulas ea ipsa meditatione aspernabimur, si mente uersabimus eodē pastu q̃ nos impinguamur uermes quoq; pascere & impinguare, qm̄ ipsis saginatis nobis pinguiorē lautioreq; mensā in sepulchro sunt habituri, Frænū quoq; irę imponi persuasissimū est, pēsantibus nobis

Contra irā mortē quā aliis uolumus, & aduersa posse in nos facilime eorū uita incolumi redundare, qui etiā post mortē nisi prius resipiscamus maleuoli animi pœnas acerbissimas daturi sumus. Eodē scuto mentē armati nō timebimus ictus

Inuidia inuidiæ perpēdentes scilicet fieri posse facilime ut ob nostrā mortē q̃ incerta est & ocyus uento propinquat diuitiæ quas possidemus aliaq; bona (heredibus nostris fortasse hostiatim mendicātibus) bonis illis quę nostris ęqualibus p̄ripi auemus adiūgant. Perpēdētes etiā q; si uoti cōpotes fieremus, uidelicet ut q̃ illis inuidemus ad nos uenirent, uel deuoluerent̄ ad alios, diuturna tñ ob hoc ipsum lętícia nobis exultandū nō esse. Inertiā postremo atq; ignauiā uigiles et alacres excutiemus, explode

Acedia musq; lustrantes mēte oportere nos insuetū mortis iter incedere, & ob id comitibus atq; ductoribus ob latronū populationes opus esse nobis, q̃s in plumis & umbra deliciantes asciscere nequeam⁹. Ideo uos ad unū hortor, moneo, p̄cor optimos adolescentes in bonis operibus hisce statutis saltem tp̄ibus desudate, quippe diuina ope atq; uirtutibus indigemus, aduersus mali demonis astus, q̃ se somniculosis & semp ociantibus nō tradunt acq̃rendas. Hæc tp̄is ratione magis attenta q̃ loci huius expostulatione dedita opera retulimus. Solet plærunq; lectoris animū recreare uarietas literarū, modo nō nimis externa sit & remota nimis. Nō indignatus. nō indignū habuit, ut iudicauit, Excire, euocare, suscitare. Animas Seruius dixit esse animas q̃ cœlū peterēt, umbras aūt quę inferos, sed hoc uanū Beroaldus, alii confutant, nos quoq; animas & inferno loco puniri pro cōmissis & in cœlo pro meritis premia suscipere dicimus. Infernis prisce, nā apud antiq̃s infernū adiectiuū frequēter esse inueniemus, ex religione plurimi substantiuū fecerūt. Nutu. solo iussu, solo uerbo. Ipse em̄ dixit & facta sunt ualidissimū diuinitatis christi argumentū. Corpora cadauera, ut in archisynagogi filia in uiduæ filio defuncto & elato in publicū. In Lazaro qui quatriduū sepulchro iacuerat suscitato, Mephitin. grauissimus est putor terræ ex aquis maxime sulphuratis atq; corruptis proueniens, Placuit. aīo christi sedit, rursum Cōnectere. coniungere conglutinare. Disiectæ. separatę. euolatæ. Formæ. animæ ut uere uiuant, q̃d diuinæ quidē opus est uirtutis, solius scilicet dei unius & ueri, aut cuius ille hoc munus demandare uoluerit, non aūt naturæ, q̃ tp̄e indiget ad opera facienda, nec momento potest operari, nec ullo unq̃ tp̄e aut suscitare mortuū hoīem et animā in corp⁹ reducere, aut arido prorsus & extincto mēbro reliq corporis humorē cōmunicare, sed nec cæcū illuminare pōt, reclamāte philosopho Aristotele a priuatiōe ad habitū recursū nō

dari. Fuit ob id q̄q̄ magicis artibus & dęmonũ ope suffultus Simon ille samarites (q magus dicit) a stulta urbe pro deo habitus, & simulacri ho nore donatus, q̄d in ipso tyberis flumine inter duos pontes collocatũ est addito etiam hoc titulo latinis literis perscripto Simoni deo sancto, qua de re in Eusebii ac Tertulliani commentariis legere est, tametsi Origenes ab his uidetur dissentire. Ita em̄ refert, uoluit & Simon Samareus magus sua arte & cōmentis nō paucos e medio tollere, multos em̄ suis (ut puto) præstigiis fallebat. Nunc uero ex omnibus qui ubiq; gentiũ agunt, ne ad triginta quidem comperias qui illũ sectent, & hi prorsus circa palæstinā sunt, in reliquis uero orbis terrarũ prouintiis nec Simonis nomen auditũ est, cum ipse laudis & gloriæ auidus hoc maxime percuperet, In apostoli ca uero historia quā Lucas anthiocenus diuino furore plenus scripsit legi mus Petrum & Ioannē plurimos in Samaria baptizasse, hisq; affuisse spi ritum sanctũ. Et Simonem magũ pecunias obtulisse Petro, ut idem & ipse facere posset, atq; ob id a Petro acriter obiurgatum, qui magus dum ut inquit Sabellicus Romanā ciuitatē ludere contendit magico astu, diuina ui terræ afflictus crureq; debilitatus lusus est, Em̄uero scriptores non con ueniunt in referēdis huius Simonis gestis. Nā et Egesippus alia de eo nar rat, sed q̄ notauit in exemplis Sabellicus in religione receptum. Hanc rē alibi quoq; auctor noster meminit, & magiam nefastam malorum euo candorum spirituũ artem in septimo de rerũ pręnotione libro cōfutauit.

De Simone mago.

Inuidia extemplo conflatur maxima, nanq;
Virtuti uitium bellat, diuina prophanis
Confligunt, pugnat tumido clementia fastu
Supplicium petitur iusto de sanguine, pœnæ
Poscuntur, seuæ condunt spectacula plebi
Pontifices, tollit præses romanus in altum
Membra salutiferi transfixo stipite regis
Funditur innocuus toto de corpore sanguis
Vbertim celebris, mixto fluit unda cruore
Qua scelus antiquum primaq; ab origine mundi
Eluitur, patriæ primæua piacula noxæ
Scilicet humani generis perculsus amore
Crudeles clauos risus atq; aspera flagra
Sputa, alapas, barbæ uulsus diramq; coronam

Sentibus horrentem ſubiit mortemq; fugare
Morte crucis uoluit, Quæ te clementia chriſte
Ingratos nimium mortales, ferrea corda
Vt morte eriperes mortem perferre coegit?
Ne rogo ne ſummi collati muneris unquam
Inferni obrepant ueſana obliuia ſomni

Inuidia iudęorum in chriſtum,,

Inuidia.. tam ob notatã a chriſto pompã, luxuriam, auaritiã, iniuſtici-
am, hypocriſim pontificũ, ſacerdotũ, ſcribarum & ſeniorũ populi, q; pro
pter chriſti miracula quæ iam omnẽ iudæę populum in proceres & ſenio
res commouerant. Nam nulla eſt uirtus quę liuoris dentes poteſt euitare
Hinc hebręorũ illa pontificum nefaria inſectatio, chriſti regis acta & uitã
infamantiũ nil aliud fuit q̃ inuidia, quæ cecos & præcipites ęgit, ut quẽ co
lere, quem uenerari debuerunt, cruci affixerint, nec impune uindicata eſt
ea iniuria non ſolum patriæ excidio, tantaq; hominũ iactura, quantã nul
la unq̃ uidit ætas unum in locũ & gentẽ coaceruatã, ſed perpetuo etiã po
ſteritatis ſupplicio. Omniũ aũt uitiorum inuidia propemodũ uetuſtiſſima
nec magis uetus q̃ homini pernicioſa, omne uitiũ in actu uoluptatem au
cupatur aliquã, ſola hæc perpetuo eſt mœrori dedita, quæ quo maior eſt
eo peius qui inuidet afficitur, minuſq; ſui compos eſt, res dira, cæterũ fœli
citatis pediſſequa, & ſi diuerſi affectus, enĩuero quo plus læticię in illa eſt,
eo triſtior, hęc magiſq; luctu & mœrore conficitur, cæca, amens. liuore in
fecta, omnium rerum ignara, præterq̃ latratus & obtrectationis. Melior
philoſophus indignationi q̃ græco nomine dicitur nemeſis qua quis de
malorum proſperitate dolet, ut indigno fert animo q̃ iniuſti & improbi
potiantur diuitiis, quas ad prauos uſus applicant, q̃ fungantur honori-
bus, quibus ſunt indigni, boni autẽ quibus iſta debeantur opprimantur,
a malis & aduerſitatibus afflictent, duas uituperabiles paſſiones opponũt
inuidiam ſcilicet in abundantia, & maliuolentiã in defectu, inuidiã iam
deſcripſimus. At maleuolẽtia paſſio eſt qua quis de omĩbus potiſſimum
bonorũ aduerſitatibus gaudet, quia maliuolũ delectat aliena calamitas,

Extemplo ſtatim.. Virtuti uitiũ pugnat. Sententia ut fides idololatrię
pudicitia libidini, patientia iræ. clementiæ tumidus faſtus, ſuperbia humi
litati, luxuria ſobrietati, auaritia largitati, concordia diſcordiæ, Harũ pu
gnam Prudentius deſcribit heroico carmine, cuius uim, poteſtatẽ & ori
ginem metrifices in metrificandi ſua arte non attingũt, Nec mirũm cum
perſuadeant ſyllabariã notionem omnis reliquas ſuperiores diſciplinas
antecedere, quare fit ut ignorans ignoratur, & nonnunq̃ nominariis riſũ
moueant & iocum afferant. Videtur hic locus expoſtulare ut & de uirtu
te, illiq; contrario uitio ſermonem etiam paulo ampliorẽ inſtituamus, nã

& tempori et instituto proximū accedet. Audiamus igitur nunc philosophos, sed præ cunctis Aristotelem peripateticorū principē, qui in æthicis libris sic uirtutē terminauit. Virtus est habitus electiuus in mediocritate consistens, quo ad nos terminata ratione, & ut sapiens terminaret, mediocritatem aūt intelligit duorū extremorū, alterius quidē secundū excessū alterius secundū defectū. Est aūt uirtus æthica id est moralis definita, Nā & uirtutē aliam scimus esse intellectiuā, ut sapientiā, ut solertiam, ut prudentiam. Nonnunq̄ uero & abusiue uirtus perfectionē seu ut nunc dicit bonitatē cuiuslibet rei significare uidetur, unde uirtutē oculi, uirtutē mēbrorum solemus usurpare. Sed ea de qua nūc sermonē cedimus, maiores nostri ut uiro dignam a quo nomen ipsum mutuata est (a uiro eñ dicta est uirtus) quadrifariā diuiserunt, in prudentiā, temperantiā, fortitudinē, & iusticiam. Et prudentiæ officiū esse dixerunt Macrobius auctor ad rationis normā quę cogitamus quęq; agimus uniuersa dirigere, ac nihil prę ter rectum uel laudabile facere, ex qua nascuntur ratio, intellectus, circūspectio, prouidentia, docilitas, cautio. Fortitudinis aūt animū supra periculi metum agere, nihilq; nisi turpia timere, tolerare fortiter uel aduersa uel prospera, ex qua fiunt magnanimitas, fiducia, securitas, magnificētia. constantia. tolerantia. firmitas. Temperantiæ uero nihil appetere pœnitēdum, in nullo legem moderationis excedere, sub iugū rationis cupiditatē domare, hanc sequuntur modestia, uerecundia, abstinentia, castitas, honestas. moderatio. parcitas. sobrietas. pudicitia, Iusticiæ postremo est seruare unicuiq; q̄d suū est, de qua ueniunt innocentia. amicitia. concordia. pietas, religio. affectus, humanitas, Hę uirtutes a politicis uiris qui se ipsos & rem publicā regere constituerunt ita intelliguntur, & seruantur, a philosophis uero qui se a rebus publicis sequestrarunt, & se totos speculationibus tradiderunt, aliter ut apud eos est uidere consyderātur, Ad capessendas aūt uirtutes einsmodi moueatur saltem integer adolescēs. nam de inueteratis desperandū est potius. ipsius uirtutis præstantia, quā licet ex prælibatis officiis non parum possimus animaduertere. Nam quid pulchri⁹ q̄ prudentē, quid honestius q̄ temperatū, quid maius q̄ fortem, quid æquus q̄ iustum esse dici potest aut optari. Tamen & præter hæc & illa quod uirtus nec eripi, nec surripi potest, neq; naufragio, neq; incēdio amitti, nec ui tempestatū, nec perturbatione temporū mutari, hęc se possidentes diui nos efficit, Hac nihil ut Cicero ait amabilius est, utpote quę etiam q̊s nūq̄ uidimus ubicunq; terrarū sint nos amare compellat; huic templū simul cum honore romani porta capena regione prima dedicauerunt. Acquiritur aūt uirtus non cibo, non comessationibus, sed abstinentia & fame, nō ebrietate, sed siti & sobrietate, nō somno, non plumis Sardanapali, sed uigiliis & duro cubili, non ociositate, sed cura, non uoluptatibus sed laboribus, quocirca non uerbis sed re, non dispositione sed longa consuetudine, Vnde uirtutem fingunt poetæ deam quandā seuerā, fronte hirta, incō

poſita coma,gradu & ore uirili,altis humeris,ueſte candida inſignitā,ha bitantem uero in domo caſta et in domo ardue ſita.Quia uero contraria ſuis oppoſita contrariis maxime eluceſcere ſolent, paucula de uitii natu ra ſubſcribamus, Hæc uero illa eſt ut prætextu boni id eſt uoluptatis quo miſeros fallat & perdat quotidie ſe nobis offerat. Nam ſi nudum nobis occurreret,cum uel ipſa turpitudine turpius ſit ſubito fugeret. Sed uoluptate quæ boni ipſius imago eſt opertū hoſpitio facilime a quolibet quaſi bonum excipitur.At paulo poſt hoſpitem ſuum merito clam ferro incautum ſuperat,fugiatis itaq; uoluptatem,ut dolorem procul effugi atis.Nocet em̄ empta dolore uoluptas.Præponite uobis Herculis exemplum qui in ætate ueſtra adoleſcens conſtitutus,cum ad biuium illud q̄d a Pythagora in formam.y.literæ figuratum eſt perueniſſet,repulſa uolu ptate totis ut aiunt ulnis uirtutem complexus eſt,q̄d & ante uos monuit noſter auunculus in adoleſcentia ſua,imitamini quoq; acutiſſimos,erudi tos & eloquentes duces ueſtros,quos & ſemel approbaſtis & delegiſtis non ſunt Pythagorei,non ſunt balbi.Faceſſat liuor om̄is & inique inuſta nota inuratur auctori,uos em̄ quos ante oculos habetis philoſophos ſtu dioſiſſimos & eloquentiæ non modo cultores,ſed inter primos facile pri marios eſtis adepti profeſſores. Quare ſtudioſa iuuētus ut cepiſti perge, & ne torpeſcas moneo poſt Iſocratē longā uiā ire ad aliq̄d utile docere profitentes.Turpe eſt em̄ mercatores longinqua maria pertranſire cauſa amplificandi præſentem ſubſtantiam,Iuniores uero neq; per terram iter tolerare ad mentem meliorem conſtituendam. Diuina profanis. cœ leſtia,ſpiritualia,conſtantia,terrenis.carnalibus.caducis, Clementia. · manſuetudo.humilitas,chriſti ceu ouis occiſionis, Faſtu. inſolentia ſuperbia,inani gloria,hebræorū pontificum,phariſæorū.ſcribarum & ſa cerdotum ſeuiſſimorū,impiiſſimorum,ceu pinguium et ſalacium arietū, qui ſederunt in cathedra deriſorū conuenientes & conſpirantes in unū ad uerſus dominū deum patrem, & aduerſus chriſtū filiū eius incarnatum. Iuxta prophetā de chriſto domino in ſpiritu loquentē.Gentes, milites ro mani populi.ſcribæ.phariſæi et turbæ adhærentes.Reges terrę. Herodes & Pilatus,qui partes cæſaris gerebant, Principes, principes ſacerdotū Annas & Caiphas conuenerunt in unū.conſpirauerunt.coniurauerūt ſi mul, Aduerſus dominū. deum.patrem. Et aduerſus chriſtum eius. aduerſus filium eius incarnatū uerbū. Cæterū faſtus inquit Seruius ſup bia & eſt quartæ declinationis,Nam liber qui dierū habet computationē ſecundę declinationis eſt,unde errauit Lucanus dicendo.Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus,contra aūt cōmentator Bononienſis nimis audax refert,ne dicam temerarius eſt Seruius,qui Lucanū ſcribit erraſſe dicendo faſtibus & non faſtis, cū Lucanus eruditiſſimus Seruio reliq̄ſq; commentatoribus excellentior mōrem antiquorum uſurpauerit,qui faſtus etiam pro annalibus & libris in quarta declinatione nōnunq̄ dicere

Faſtus

ſolebant, Cętera diligens lector ex eiuſdem annotamentis in triumuirū in quem peroculatus fuit facile conſequetur. Et quis non audaces, ſed Poetæ & temerarios iudicabit eos, qui uel de his quæ nondum didicere palam diſſerant, uel qui inſolenter & ſtolide pręſcribunt canones genitiuæ ui ini micos, quales in primis ſunt, qui hebræorū quædam nomīa diffindunt, et in eis græciſmum proſa etiam oratione obſeruādū contendunt, qua re ni hil abſurdi⁹, Sed & ſuperbenedictū glorioſi regis noſtri q̄d triſtia tartara formidant nomen ab eiſdem ceu ſeuis beluis lancinatur, vnde parū illis uideri quod cuiuis facile intelligere eſt, ſi quoſuis bonos ex chriſtianis po etis Prudentium. Sedulium. Alcimum alios in nomine Ioannes & aliis ſi milibus poſtpoſita omni reuerentia & pudore erraſſe ſcribant, Hierony mum quoq; ceu non ſatis idoneum latinę linguæ auctorem uellicent, q̄d ſane nihil aliud eſt q̄ cupere in longā ętatem cum inceſore Epheſiani tem pli nomen extendere, nihilominus inſertantes ſe numero chriſtianorū po etarum, quos paulo ante notauerunt palam ſibi bene dicētes, nos chriſtia Theologi ni poetæ. Sed qs rogo tales eos cēſebit ubi uiderit eos miſerrime halucina tos in prælibato ſupereximio nomine & plæriſq; aliis in chriſtianæ ſectę laudem mutuatis, tum chriſtianę ſacroſanctę theologię profeſſores & cā didos eius alumnos philoſophiæ magiſtros ſcripturis, picturis, cantilenis Philoſophi tam ſpurciſſimis quā famoſiſſimis omnium riſui propinaſſe, & tandem in confuſaneam nominis & ſcombrorum ſuorum ſannam expendiſſe. Nec eñ lex æquior ulla eſt q̄ ut omnibus æquus Vlpianus edicto cauit, q̄d quiſq; iuris in aliū ſtatuerit, ipſe eodem iure utatur, Hoc edictū inquit ſummam habet æquitatē, & ſine cuiuſq̄ indignatione iuſta, Poetas uero quales habiturus ſis, non facile uideo, cum nondum didicerint uel ſaltem ſedula lectione ſeruarint, contra minutiorum et nuperorū præſcriptas re De.ω.&.η. gulas artis metrificatoriæ ω & η grecanicas uocales in externis maxime & peregrinis dictionibus non ad ipſarum uocaliū rationem, ſed indiſcri minatim ſecundū carminis neceſſitatem eſſe receptas, quod nō ſolū illi no ſtri chriſtiani antiquiores poetę quib⁹ hoc a ſcarabeis ad iniuſticiam repu tatum eſt, ſed & receptiores factitarunt, & hi quidem, quorum opera cū illis antiquiſſimis ueræ religionis ignaris comparantur, Virgilius etiam Maro cum hoc ipſum feciſſe alibi deprehēdatur, dubio procul ſi ingeniū hoc ſuū alioqui excellens dignū habitū eſſet uitales res chriſti & chriſti anorū militiā decātare, nunq̄ tēperaſſet & abhorruiſſet ab hoc ſcribendi gñe, qd igit̄ ſanctiſſimi manes, q in pace ſūt in ius uocant̄, quid inſcriptiles inertis artis regulas dictāt? certe nō regulis ſed uariis exemplis hęc res aſſe quēda eſt. Suppliciū .ſ. ultimū q̄d iure cōſulti mortē interp̄tāt̄, Poſcūt, Suppliciū cōſtat euāgelio q̄ Pilatus exiuit iterū foras ad contionē, & ſe capitale nil inuenire in hoīe cōteſtās, bono pōtifices qeſcere aīo iubet, ſe rei cōſulturū opportune pollicet̄, addēs, Eſt aūt cōſuetudo unū dimitti uobis in paſcha te, placeat Iheſū caſtigatiōe emēdatū, exulaturūq; dimitti, ad q̄d cōclama tū ab oīb⁹ eſt tolle tolle Iheſū hūc & crucifige, et Barrabbā nobis dimitte

Vnde Bossus exclamat. O scelus o feritas o tota in natura prodigiũ deus
genitus deo, & totius humani generis dominus, qui ad saluandos omnes
uenit in terras, ut damnetur in mortem, & pro eo uobis donetur latro tur
pissim⁹, efflagitatis. supplicatis. ardetis bacchãtes iudęi, quẽ patres uestri
patriarchæ uenturũ coluere, quẽ prophetæ diuino ore p̃cecinere, bos asi-
nusq; ad præsepe cognouere, uos latroni postponitis, absoluitis pessimũ,
ut perdatis optimũ, liberatis mancipiũ, ut interimatis dominũ, o furor o
rabies o ambitiosa cupiditas quę ne amittat dignitatẽ humanã, diuinam
Seuus tentat perimere maiestatem. Seue. ferociẽti. crudeli. Sed & seuũ mag
num significat; utroq; eñ significatu profertur, primo omes, secundo En
nius apud Seruiũ, & Virgilius de Pio Ænea dixit, maternis seuus in armis
Plebi. a populo eo differt plebs, quo species a genere; nam appellatio
ne populi uniuersi ciues significantur, connumeratis etiã patriciis & sena
toribus, Plebis aũt appellatione sine patriciis & senatoribus cęteri ciues si
gnificantur, Iusto sanguine. insonti, innocenti, q̊d ipse iniquus attestat̃,
dum iudæis loquitur corã populo, Innocens ego sum a sanguine huius iu
sti, uos uideritis, contra obcecatus populus rursum. O præses sanguis eius
super nos & super filios nostros. Atq; ita perniciem illam exicialissimam
& tanto scelere dignã sibi ipsis imprecati, quã diu stabit orbis passuri sũt
Præses romanus. Pontius Pilatus qui pro romano imperio ciuitati
præsidebat, ad quẽ summo surgente diluculo christũ in crucem agendũ
ducunt, Sed pretoriũ intrante nemine ne cõmunione gentiliũ pascha uio
larent, exiuit ad eos foras Pilatus, & in quo hominẽ culparent interroga
uit, cui illi alta uoce dixerunt, Hunc p̃ter reliqua facinora lubricũ populũ
subuertentẽ inuenimus, Tributa quoq; cæsari pendi negantem, Item q̊d
est grauius, se iudæorũ regem statuentem. Sciens uero Pontius ꝙ eum p
inuidiam atq; odiũ tradidissent, & quia gentilis erat Lugduni natus, q̊d
subdole iudæorũ leges auerteret, nihil omino curauit. Sic de tributo men
tiri accusatores deprehenderat, memor interrogatũ dominũ an cæsari tri
butum dari liceret, dixisse palam; reddite quæ sunt cæsaris cæsari & quæ
sunt dei deo. Tertia criminatio pluris ei stetit ꝙ e re sua non abesset suspi-
cari cauereq; de regno, unde an se regem iudæorũ dicat propensius in-
terrogat; cui post multa, A temet ipso hoccine quæris, an alii dixerũt tibi
de me dominus retulit. Quo respondente, nũquid ego iudæus sum? gẽs
tua tradidit te mihi quid fecisti? Tum uero dominus, Regnũ meum non
est de hoc mundo, ueni uero in mundum ut testimoniũ perhibeã ueritati.
Hinc Ficinus inquit christus põtificibus in spiritualibus rebus proprie re
liquit imperiũ, nec usq; ad mundi finem substantialis & præcipua ponti
ficum in quantũ pontifices sunt & christi uicarii iurisdictio ulterius se ex
tendit, Rerum uero terrenarũ dominatio & administratio põtificibus ac
cessoria est tanq̃ accidens, non in quantũ uicarii dei, sed in quantũ Constã
tini cæsaris sunt heredes. Hæc aũt dicta sunt non ut auctoritatẽ rerũ tem

poralium pontifici adimamus,habet em̄ reuera q̄uis tanq̄ accidens q̄ddā sine quo trecentos annos olim pontifex uerus fuit atq; esse potest, sed vt tela iudæorū hac ueritate facilius deuitemus,hæc Ille.Cæterū sententiam Pilati quā quidā huius seculi filii sibi persuadent secundū romanas leges atq; ita iuste latam contendunt iniquissimam fuisse multis commonstrari posset argumentis, sed & iurisperiti post iurisconsultos Bar.Bal.Saly. alii tradunt non esse iudicandū ad populi uel clamorem uel rumorē. Sed & glossator palam ait in uerbo audiendæ.l.decurionū.C.de pœnis,& sic Pilatus male fecit,ualeant igitur iniqui subuersores legum. De Pilati vero interitu diuersi diuersa sentiunt,sed et sunt qui de eius salute & pœnitētię gratia disserunt ut Platina, alii testant̄,quanq̄ illustris noster auctor alibi super hoc ita scribat, Pilatus qui iniquā in christū sententiā tulit, quē uitę finem meruit se ipsum propria interfecisse manu,apud græcorū romanorumq; historias Eusebius inuenisse retulit. Atqui dubiū non est mortem christi saluandos redimentis non fuisse propiciationē deo, & preciū redēptionis aīæ Iudæ cū primis,de quo erat prophetia,& leuabit cōtra me calcaneū suum,tum animarū Annæ.Caiphæ principū sacerdotū. scribarum & pharisæorū & consilii eorum. Regis. inęternum regnaturi, Q. christus sit rex Zacharias.Dicite filiæ sion,ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluans,mitis sedēs super asinū indomitum,Malachias.Rex magnus sum ego dicit dominus,& nomen meum illustre est apud gētes.Esaias post multa.Regem cū claritate uidebitis.Et in lib.psalmorū scriptū est.Ego aūt constitutus sū rex ab eo super sion montem sanctū eius,nunciās præceptū eius.In eodē libro.Domini est regnū & ipse dominabitur gentiū,Item Auferte portas principes uestras,& extollimini portæ æternales & introibit rex gloriæ. Et paulo post,Dominus uirtutū ipse est rex claritatis,& sic in multis sacrę scripturæ locis æterni regis nostri testimoniū reperies.In euāgelio quoq; secundū Matthæū,Cum IHESVS natus esset in Bethleem iudæ in diebus Herodis regis,ecce magi ab oriente uenerunt Hierosolymā dicentes Vbi est qui natus est rex iudæorū? Item secundū Ioannem dixit Pilatus ergo rex es tu,Respondit IHESVS,Tu dicis,qm̄ rex sum. Stipite. ligno uiuificę crucis,in qua exaltari oportuit filium hoīs,ut oīs q̄ crediderit in filiū habeat uitā æternā,Q. aūt crucifixuri illum essent testes habemus Esaiam,Hieremiā,deuteronomiū,Sophoniam. Zachariā.Psalmos,Christum ipsum in euāgelio dicentē. Sicut Moyses exaltauit serpentem in eremo,ita exaltari oportet filium hominis,& alibi,quæ loca pio lectori conciliandа relinquimus, Sacra scriptura Q. si iam prouectior ætate ante non occepisti,pro pensius deinceps suadeo omissis fabulis nugisq; poetarum efficere cures, sacras literas nocturna manu uersaturus atq; diurna. Latet enim in illis cœlestis uis quædam uiua et efficax,quæ legentis animū (si mō illas pure humiliterq; tractauerit) in diuinū amorē mirabili quadā potestate transformant,Cæterū diu multumq; disceptatū fuit,an latrones illi inter quos

Crucifigere

dominus IHESVS pependit,affixi cruci an ligati fuerint,nos ad mentẽ illuſtris auctoris noſtri qui ea de re profuſius meminit quædam ſubſcribemus,qui manifeſte patere arbitratur,ut chriſtus fuit confixus, ita pariter & latrones tum uno eodemq; uerbo hoc eſt crucifigere euangeliſtæ ſint uſi,Nam ſeptimo & uigeſimo capite ſui euangelii,poſtq̃ chriſtum dominum crucifixum narrauerat ait. Tũc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: unus a dextris & unus a ſiniſtris.Marcus capite decimo quinto,Et crucifigentes eum,diuiſerunt ueſtimenta.Et paulo poſt.Et cum eo crucifigũt duos latrones unum a dextris & alium a ſiniſtris ei⁹,Lucas capite uigeſimo tertio.Et poſtq̃ uenerunt in locum qui uocatur caluariȩ ibi crucifixerunt eum & latrones unum a dextris & alium a ſiniſtris.Iohannes capite decimo nono.Vbi crucifixerunt eum,& cum eo alios duos hinc & hinc,medium aũt IHESVM.Quod uel maxime ex ipſo Luca & Iohanne elicit, cum illa copula & replicet antecedẽtem ſenſum & uerba.Sed & uerbum ipſum crucifigere luce clarius rem manifeſtat.Nam ſi per id uerbum chriſtum intelligimus cruci affixum,cur per id ipſum & latrones affixos nõ intelligimus,cum pari pacto idem ſemper accipiatur? Preterea ut in prophetis eſt,morte turpiſſima condemnemus eum.Crux aũt mors turpiſſima & latronum erat ſuppliciũ,quale nunc nobis eſt membra confracta rotis texere.Hoc aũt crucis ſupplicio non modo Romani ut plena eſt oĩs hiſtoria,ſed reliquȩ etiam gentes utebantur,cuius rei plures nos admonẽt hiſtorici.Et ipſe quoq; Saluſtius in iugur.de uerbo aũt illo crucifigere q̃d in chriſto proprie in latronibus uero improprie debeat accipi,cum ſit idẽ uidetur uiolenta,& nimis extorta expoſitio.Nam tametſi aliquando & large & preſſe idem uerbum accipiatur,nõ tñ uno eodemq; contextu,& præſertim cum res eadem narratur. Id quoq; extra omnem dubitationem compertũ eſt in paſſione domini rem propriam uti geſta fuit ab illis enarrari,alio eñ uerbo uti ſciſſẽt q̃ crucifigere,niſi daretur intelligi fuiſſe latrones ſimiles chriſto in hoc ſupplicio iuxta illud propheticũ. Et cũ iniquis deputatus eſt,quare a proprietate uerborũ & in ſenſu maxime literali minime recedendum,cum q̃d & ratio ſuffragat̃,& oẽs euangelicȩ hiſtoriȩ enarratores uno uerbo adſtipulant̃ huic ſententiȩ,tum ꝙ nõ ſunt alii literarũ ſacrarũ textus aduerſarii,nec inuictæ rationes exiſtũt. Adde ꝙ & legitur in eccleſiaſtica hiſtoria Helenã Conſtantini matrẽ non agnouiſſe niſi ex miraculo chriſti crucẽ a cruce latronũ,q̃d utiq; non fuiſſet,niſi & latronum crucis ſanguine illitas & perforatas clauis perſpexiſſet.At inquies potuiſſe iudæos latronũ cruces perforare ne crux domini a cruce latronũ dinoſceretur,q̃d certe non eo inficias,ſed non uides arbitrariam nimis expoſitionẽ.Quippe ex hiſtoria patet ita fuiſſe. At rurſus inquies, Picturæ oſtendunt latrones ligatos & chriſtũ affixũ,differreq; in genere mortis chriſtũ a latronibus cõſentaneũ fuiſſe,quibus reſponſũ uelim Horatianũ illud,Pictoribus atq; poetis. Quid libet audendi ſemp̃ fuit æqua

potestas, uirginē etiā aurata tunica pingunt, & Magdalenā ad pedē crucis pendentē lasciua ueste indutā. Augustinū qui unus est ex quattuor ecclesiæ cardinibus atq; colūnis in specie et habitu cucullati monachi, q̄ oīa falsissima esse nemo nescit, Sed si pictorib⁹ fidem adhibere uolumus, cur antiquis magis q̄ recētioribus nō credimus, qui latrones ipsos clauis affixos crucis ligno pinxerunt, euāgelico contextui astipulantes, Nec in ipa quā struunt cōsecutione ueritas est, ut inter passionē sit christi & latronū differentia, alioq nō fuerit, si etiā latrones clauis ligno crucis affixerint, cū mille aliis modis truculētius uexat⁹ ipse fuerit, ut sacratissima narrat historia. Corpore. corpus in physicis uocat Apollodorus q̄d secetur in tria in lōgitudinē. latitudinē, altitudinē. Martianus de collegiis illicitis & corporibus mandatis principalibus præcipitur pręsidibus prouintiarum ne patiantur esse collegia, sodalitia, in summa aūt nisi lex senatus consulti auctoritate uel cæsaris collegium uel q̄dcunq; tale corpus coierit, contra leges erit, & Calistrat⁹ de iure immunitatis, Quibusdā inquit collegiis uel corporibus ut est fabrorū corpus, & corpus imperii pro illa orbis parte, quæ subiacet imp. Ro. Tacitus posuit, corpus itaq; pro factione & hoim congregatione desumitur, Celebris unda. Sacramentū baptismi significatur, q̄d uel ideo celebre habetur, quod ante oīa exigitur, q̄ cætera in hominē conferantur, & aliorum sacramentorū ianua dicitur. Confitemur aūt unum baptisma in remissionem peccatorum & in uitam ęternā Quid sit baptisma eiusq; forma, et causa institutionis mod⁹ & ordo, deq; eiusdem effectibus ac necessitate, tum de Ioannis & christi baptismatis differentia & uirtute Dionysius & Damascenus ex primis theologis accumulate referentes uel canonica decreta legi possūt ab adultis. Nec displicent quæ super hac re diligens & eruditus Mancinellus in libro sermonū comportauit adolescentibus haud quaq̄ negligenda, Q̄ aūt iudæorum & infidelium pueri sint iuuitis parentibus baptizandi sapientissimi theologi archigymnasii Friburgensis superiore anno publica disputatiōe decreuerunt, quibus astipulati sunt uiri philosophi iure consultissimi Henricus Colerus & Vdalricus Zasius. Zasius hic ille est quem illustris auctor noster hisce uerbis affatur. Iacturam me fecisse dimensæ germaniæ putauerim Zasi, ꝙ te de facie non nouerim, tanta in te eruditio, tam propensa in studia uoluntas, tantus amor mei, quæ omnia de tuis illis quas noster attulit Philesius literis percepi, quibus ut aliqua ex parte respondeam, habeo in primis gratias ꝙ me dignū existimaueris, cui desyderares in amicitia coniungi &c. Verū enimuero nequeo me continere quin sub cribam, q̄ uerba nō permulta sed magna in rheni accolarū & reliq germanię laudē ipse noster illustris Picus ad eundē Zasium eloquētissimum & optimum uirum perscripsit, quanq̄ ut mihi uidetur inquit cœpit tybris rhenū influere, & quanq̄ prisca illa romani sermonis puritas italiam non dereliquit

Baptismus

Zasius

tanto tamen eã ſtudio germani colunt ut prope ſurripere geſtiant,hæc ille.Veſtrũ igitur erit ingenioſi adoleſcentes omni ope,omni ſtudio,omĩ conatu non modo contendere quo eiuſce prçcelſam laudẽ,famam, gloriam attingatis,ſed ceu in meliora ſecula nati quibus græcç literæ prodiere,ſine quibus latini ſi modo latinus ſine græcis literis cenſendus ſit ſemp̃ latebunt,augificare ſedulo curabitis,ne tam opportunã occaſionem malo ueſtro poſterior ætas accuſet uos admittere dedignatos.Prçſtat nãq; quauis carere culpa & poſteris pro uiribus iter reſerare uirtutũ. Mixto cruore. ſanguine. Ex aperto em̃ latere chriſti ſanguis & aqua exiuit,q̃rũ alterum ad baptiſmũ de quo paulo ante,alterum ad euchariſtiam pertinet,de cuius ſacramenti memorabili inſtitutione infra dicemus,ibi.Sacratæ celebrans conuiuia cœnæ. Qua. unda baptiſmi ſcilicet. Antiquum ſcelus, primæua prçuaricatio,inobedientia protoplaſti. Eluit. emaculatur.extinguitur. Origine mundi. De natura & origine mũ

Mundus

di uariæ ſunt opiniones,alii dicunt generatũ eſſe & corruptibilẽ ut Anaxagoras,alii generatũ quidem,ſed æternũ ut Plato,alii nec ortum nec interiturũ ut Ariſtoteles,alii dicunt mundũ eſſe deum,alii eſſe animal, alii eſſe plures ſiue infinitos mundos,& ex atomis factos,Ariſtoteles ex ſempiterno motu tanq̃ ex effectu arguit mundũ eſſe ſempiternum,ut utrunq; ſupponit recte oſtenſum ex octauo phyſicorum,uerũ ei non eſt habenda fides in hac parte,ſed potius prophetis diuino numine afflatis,qui in principio deum cœlum & terram creaſſe & in initio dñm terram fũdaſſe,& opera manuũ ſuarum eſſe cœlos,diuino id reuelante ſpiritu atteſtati ſunt Quod ſane eorũ teſtimoniũ ut ſummæ ueritati cõforme recipiendũ & in

Piaculum

genue ſentiendũ Ariſtotelem hac in re a ueritate lapſum eſſe, Primæua piacula, prima contagio,cõtaminatio,plurale pro ſingulari. Schema poeticum eſt in uſu frequens.Sed q̃m cũ unũ eſſet in Adam,in ſingulos deriuatũ eſt,ideo cõmune & multiplex eatenus factũ, quatenus unuſquiſq; per mixtionem conceptus & natus illud contrahit a primo parente.Seruius piaculũ duo ſignificare credidit purgationẽ & contaminationem.

Patriæ. quod quia non uoluntariũ eſt niſi in illo,ideo patria hoc eſt paterna culpa nuncupatur,Deletur aũt in nobis peccatũ illud a ueteri & carnali Adamo deriuatũ gratia & beneficio noui & ſpiritualis Adæ id

Noxa

eſt chriſti, cuius morte ſacro baptiſmati uis cõmunicata eſt abluendi peccati originalis & cuiuſcunq; alterius. Noxç. Scribit iuriſcõſultus noxæ appellatione omne delictũ contineri.Inde noxales actiones nominãt a noxa hoc eſt maleficio & peccato ſeruorũ. Sed & perniciem ſignificat, quem in ſignificatũ a Suetonio accipitur. Scilicet. ſignificat chriſtum (qui eſt ſplẽdor paternæ gloriæ,& figura ſubſtantiç eius)uoluiſſe noſtri amoris gratia clauis cruci affigi.illudi.flagellari,cõſpui,feriri.uexari.ſentibus coronari,& qua infinita eſt miſericordia,qua clemẽtia homĩs mortem ſua morte ceu clauus clauũ proterit fugare.Hunc igitur ineffabilem

domini noſtri erga nos amorem amplexemur,& acceptam pro uiribus unuſquiſq; referamus gratiam, Perculſus. ad animum referri ſolet,ut percuſſus ad corpus,interdum tamen ſignificatus permutantur, Amo re. quo bonitas dei maxime cognoſcitur,quod eñ munus aut benefi‑ cium maius exhiberi alicui ab alio cõprehendi poteſt q̃ ſemet amore ma ximo tradere,ſemet inquam male habendum,crucifigendum,interficien dum,an ſe poterat hac in re cõmunicare liberalius? num qui ex rebus in fimis ſuprema,ex ſenſilibus intelligibilia capim⁹,cogitare quimus amari nos poſſe magis & impenſius ab amico q̃ ſi ad ſanguinẽ uſq; fundẽdum & cedem ſubeundã noſtri gratia proficiſcat.Id ipſum nobis deus ita cõ tulit,ut qm̃ diuina natura quę prorſus pati nedum mori poteſt cruci neqt affigi humanã naturã quę incõmodis & morti obnoxia eſt,filius dei ſũ‑ pſit in unitate ſuppoſiti,eamq; uexandã flagellandã crucifigendã ꝑbuit. Perculſus

Humani generis. cum Bardeſanes ſyrius quem Pamphilus Euſebius in diſciplinis cœleſtib⁹ omniũ chaldęorum doctiſſimũ appellat,mortaliũ uitam eleganter & erudite deſcribendo,inter ipſa bruta animantia & ho mines mirificã certe differentiam afferat,libitum eſt eius uerba ſubiicere, & parumper a ſeria enarratione ſecedere,Sunt enim quibus maxime cõ‑ ma placet cum Lucano.Sic aũt tradit Bardeſanes.Homo naſcitur,alitur creſcit,comedit.bibit,dormit,ſeneſcit,moritur,quæ omnia ſibi cum cæte ris animantibus ęqua ratione cõmunia ſunt.Sed bruta quidem & ſtolida animalia (quæ gręce ἄλογα uocant) cum procreata ſunt natura ipſa nõ ratione feruntur,Leo carnes comeſt,ac ſi quis iniuriã inferat, ſtrenue pro ſalute pugnat,oues aũt fœnum eſitant,carnes neutiq̃ attingunt,neq; ſe ab iniuria defendunt,Scorpio terræ glebis depaſcitur,& aculeo uirulẽto nec iniuriantes inuadit,Formica duce natura futuram hyemem pręuidet,ob idq; ſummo labore ipſa æſtate alimenta ſibi ad uitam recondit.Apes ipſę mel conficiunt,eodemq; nutriunt,Plura eademq; magis mirãda poſſum narrare,ſed hæc ſatis arbitror,ex quibus intelligamus bruta ipſa & rati onis expertia ferri natura,ac ſecundũ eam iucunde uiuere.Soli aũt hoĩes cum & natura (ut dictum eſt) ducantur mentem ſimul ac rationem quæ inde oritur præcipuũ ueluti munus adepti ſunt,etenĩ non unus quidẽ ho minib⁹ cibus,ſed uarius & diuerſus,alii ut leones nutriũt,alii ſicuti oues, neq; itidem unus omnibus ueſtitus,non mos,non lex, non unus uiuendi modus,non ſimplex rerum cupido,ſed hominum ſinguli uitam ſibi pro uoto deligunt,neq; uicinos (niſi quantum libuit) imitantur,hæc hacten⁹ Bardeſanes. Crudeles clauos. quibus dolore ineffabili ſacras manus & pedes confoderũt,nobis aũt dulces,quia ſalutiferi ſcd'm cantatiſſimã lau dem dulce lignum,dulces clauos,dulce pondus ſuſtinet, Riſus. cum illi inſultabunt dicentes. Aue rex iudæorũ,cum ueſte purpurea in deriſũ indutus,tum euenit q̃d pręuiſum fuit a propheta.Omnes uidentes me de riſerunt me,locuti ſunt labiis & mouerũt caput,Quod in chriſti perſona Naturę potestas

sic accipe, Vniuersi hostes mei, qui in hac confusione mea inspexerūt me ludibrio habuerūt me, & alibi scriptum est, opprobrio contritum est cor meum & desperatus sum, ubi per id desperatus noli intelligere christum spem perdidisse, Id em̄ impius error, & non desperatus sed desperaui legeretur, sed hac particula designat̄ christus dominus ab aliis desperatus, aliosq; de eo spem q̄ ipse esset Messias & redemptor perdidisse, quod etiam de charissimis discipulis constat impletum fuisse. Sic em̄ discipuli eius qui ibant in locum prope Hierusalem (qui nunc nicopolis) dicebant. Nos aūt sperabamus quia ipse esset redempturus israel, & nūc super hæc omnia tertia dies est hodie q̄ hæc facta sunt quasi sperassent, quod sperare desiissent, quapropter dominus eos hoc pacto increpat. O stulti & tardi corde ad credendū in oībus quę locuti sunt prophetę, nonne hęc oportuit pati christum & ita intrare in gloriā suam. Aspera flagra. cū cęsus est ad columnam. Sputa. iuxta illud & expuentes in eū, acceperunt arūdinem &c. & alibi. Tunc expuerunt in faciē eius. Alapas. cū eo q̄d pōtifici responderat arrogantiæ insimulatus in faciē percussus est, Euangeli. Et colaphis eum ceciderunt, alii aūt palmas in faciē eius dederūt. Barbę, quid contra Seruiū cōmentator Bononien. super hac dictione scripserit, in eius annotationibus legere licet, libitū est subscribere binas literas Tyberio principi, unas a Pilato, alteras eidē & senatui Roma. a Lentulo missas, qm̄ præsentiā saluatoris aspectum omnē, formā, mores & gesta, iudęorumq; nequitiā exprimunt. Lentuli epistola hæc est, Apparuit tp̄ibus istis & adhuc est homo magnæ uirtutis, cui nomen est IHESVS christus qui dicitur a gētibus propheta ueritatis, quē eius discipuli filiū dei uocāt, suscitans mortuos & sanans languores, Homo quidē statura procerus & spectabilis, uultū habens uenerabilē, quē intuentes possunt diligere et formidare, capillos habens coloris nucis auellanæ præmaturæ planos fere usq; ad aures. Ab auribus uero infra cincinnos crispos aliq̄tulū, ceruleores & fulgentiores ab humeris uētilantes, discrimen habens in medio capitis iuxta morē nazaręorū, frōtē planā & serenissimā, cū facie sine ruga & macula aliqua, quā rubor moderatus uenustat, nasi et oris nulla prorsus est rep̄hensio, barbā habens copiosā et impuberē capillis concoloratā nō longā sed medio bifurcatā. Aspectū habēs simplicē & maturū, oculis honestis, glaucis, uariis & claris existētibus, In increpatione horribilis, in admonitione placidus & amabilis, hilaris seruata grauitate, qui nunq̄ uisus est ridere, flere aūt sic, in statura corporis propagatus & rectus, manus habens & brachia uisu delectabilia, in eloquio grauis & rarus & modestus speciosus inter filios hominū. Q uā uero Pilatus ad Tyberiū cæsarē dedit huiusmodi est de IHESV christo, quē tibi plane postremis meis declarauerам, nutu tādē populi acerbū me quasi inuito & subtimente suppliciū sumptū est, uirum hercle tam pium & seuerū nulla unq̄ ætas habuit, aut habitura est, Sed mirus extitit ipsius populi conatus, omniū scribarū principum & seniorum consensus suis prophetis & more nostro Sibyllis con

Lētuli Ro. testimoniū de christi statura

tra monentibus hunc ueritatis legatum crucifigere.Signis etiam ſupra na
turam apparentibus,dum penderet & orbi uniuerſo philoſophorum iu-
dicio lapſum minantibus.Vigent illius diſcipuli opere & uitæ continen-
tia magiſtrum non mētientes,immo in eius nomine ubiq; unicuiq; bene
ficentiſſimi.Niſi ego ſeditionem populi prope ęſtuātis exordiri timuiſſe,
fortaſſe adhuc nobis uir ille uiueret.Et ſi tuæ magis dignitatis fide cōpul-
ſus q̄ uoluntate mea adductus pro uiribus non reſtiterim,ſanguinem iu
ſtum totius accuſationis immunem,uerum hominū malignitate inique
in eorum tamen ut ſcripturæ interpretantur exitium pati & uenundari
Vale hieroſolymis quinto kalen.aprilis.Sed & Ioſephus inter iudęos prę
cipue doctrinę ac experientiæ tum primæ nobilitatis uir in antiquitatum
ſuarum libro uigeſimo ſcribens Tyberii tempora de chriſto ita cōmemo
rat.Fuit iſtis temporibus IHESVS ſapiens uir,ſi tamē eū uirum appella
re fas eſt,Erat em̄ mirabilium operū effector & doctor eorū hominū,qui
libenter audiunt ea quę uera ſunt,& multos iudæorū,multos etiā ex gēti
bus ſibi adiunxit,chriſtus hic erat.Hunc accuſatione primorū noſtræ gē
tis uirorum cum Pilatus in crucem agendū decreuiſſet,non deſeruerunt
hi qui ab initio eum dilexerant.Apparuit eis iterum uiuus ſecundū ꝙ di
uinitus inſpirati prophetæ uel hęc uel alia innumerabilia miracula de eo
futura prędixerant. Diramq; coronā. qua in opprobriū & contume-
liam coronatus fuit. Sentibus. q̄s opinio eſt magnorū uirorū ad cere
brum uſq; penetraſſe,Perhibent ſpinā eſſe rhodi,quā ſacratiſſimū chriſti Spina
caput pupugerunt impii,dum coronā ſpineā uertici impoſuerunt,quę ſin
gulo anno in die eo quo chriſti paſſionis memoria in catholica noſtra ec
cleſia celebrat̄ uidente populo floreat,Monſtrat̄ ea in uaſe tranſlucido ex
uitro ut admittat̄ aſpectus,nec oculorū acies poſſit obtundi,ante horam
illam qua chriſtus crucifixus credit̄ nullā ſpina ipſa motionē p̄fert,nō co
loris mutatio,nō ulla adiectio in ea uiſitur, proximāte tpę rubere incipit,
& oculis oīm circūfuſis atq; cernentibus albus quidē floſculus in uerticē
paulatim exurgit,qui hora elapſa deſinit & euaneſcit. Mortēq; fugare
exterminare,expugnare,q̄ per peccatū ut autor eſt apoſtolus introducta
eſt in orbē terrarū, apud quē & ſcriptū eſt,ſtatutū eſſe hoīb⁹ ſemel mori,
a qua quidē morte nec alienus uoluit eſſe chriſtus,qui animæ mortē hoc
eſt peccatū excluſit,& tribuit nobis æternę uitę cōpēdia,ut ergo in prima
illa cōſtitutione in facultate hoīs ſitū erat poſſe nō mori morte corporeā
ita in ſecunda per chriſtū reparata mortalitate condonatū eſt nobis poſſe
non mori morte ſpirituali.& ad beatorum angelorum choros perduci.
Clementia. ineffabilis ſcilicet & incōphenſibilis,nā ſi ſecundū philoſo-
phos clemēs eſt qui de iuſto multū remittit,dictus ꝙ colat mentē ſuā,nec Clemens
uexat eam iraſcendo,q̄d de rege noſtro dicemūs,q̄ nō multū ſed totum
remiſit,qui nobis non iratus ſed nos dei patris ſui inimicos reconciliauit,
quo uero id luculenter intelligas, noſſe operæ precium fuerit,ex diuini-
loquo Paulo duos dies notari,unum tentationis & iræ,de quo in pſalmo

Secundū diem tentationis in deserto, alterum placationis & gratiæ. Primꝰ a Mose ad christum cucurrit, qui etiam dies meruit appellari, propter signa & prodigia, quibus deus suam potentiā manifestauit, & primæ legis datæ illuminationē. Sed dies iræ quia nondū repropiciatus dominus populū in rigore & multo timore ac pauore erudiuit, adde & populū incredulitatis & diffidentiæ diuinę prouidentię plenū. Secundus dies a christo ad consumationē rerū, qui dies repropitiationis dicitur & gratiæ, nā christus dominus sol iustitiæ in die illo ortus, deum mortalibus repropiciauit. Et nō aliter q̄ flagiciosi ob transgressiones suas arctis carcerū custodiis detenti, si filii regis liberarentur præsentia, non suo merito, sed sola filii regis gratia liberant̄, ita & filius regis æterni suo aduētu, suo in hoc mūdo uisibili ingressu, nos nullo nostro merito, sed sola sua gratia liberauit, nosq̄ liberos effecit. Ne rogo. uel ad christum uel ad hoīem referri potest. Ad christū quidē petitio, q̄m sine eo nihil possumꝰ, nā ubi retraxerit gratiā actū profecto est, Ad lectorē uero & quēcunq̄ christianū pia, fraterna, catholica cohortatio, monitio, persuasio. Aduertamus q̄so collata in nos per christū bñficia, eiq̄ filio sūmi regis filio patris æterni liberaliter seruiamus, nō reluctantes & obdurātes aīos nostros clemētissimo liberatori & piissimo regi nostro, qui nos q̄tidie iuuat & internis monitis & specialibus angeli custodis nostri afflatibus, & ineffabilibus sacramētis ab ipsius corporati uerbi morte & primordia trahētibus & efficaciā. Seruimꝰ aūt ei cum decē implemus mandata, implemus aūt ut scandamus cœlos ipsos, & ut inquit apostolorū princeps. Efficiamur naturę diuinę cōsortes & de sempiterno diuinę uoluptatis torrēte (testante propheta) potemus. Aduertamus parte altera q̄tidie trāsire ante oculos notorū ignotorumq̄ funera, & uelimus nolimus om̄ino futurū esse, ut subter nos sternat̄ tinea & operimentum nostrum sit uermes, atq̄ si terræ orbi dominaremur, nihil inde aliud q̄ uictum & tegimentum nos reportaturos.

Exhortatio ad pios lectores

Dicite fœlices animæ quæ lucida templa
Incolitis, quoties renouarit mystica lethi
Signa sui, postq̄ sedes ferrugine nigras
Inuisit, pulsisq̄ æterna luce tenebris
Atq̄ cathenato resolutis patribus hoste
Sublimis superas christus remeauit ad arces
Principio auratis confixit corda sagittis
Corda uirum sacri cœtus quæ uiuida uirtus
Ardentis linguæ in speciem penetrarat & almum
Spirabant calefacta nimis præcordia christum

Quem puro quondam ſumebat turba fidelis
Pectore,ſacratæ celebrans conuiuia cœnæ
Scilicet immites hinc debellare tyrannos
Exarmata ualent flammanti pectora lingua

Dicite fœlices aĩæ, Solebãt antiq̃ poetę inuocare ea q̃ ipſi putabãt nu
mina tã in initiis operũ q̃ cũ grande aliq̃d aut nouũ eſſent narraturi,tũ ut
oſtenderent q̃ mirabilia erãt ſe promere ſine ſuperũ ope non poſſe,vñ ut
auditorẽ lectoreue carminis attentũ redderent, hauriendæ rei uel nouæ
uel ingenti.Sic et illuſtris uates noſter ſcienter ueterũ morẽ poetarũ obſer
uans beatos ſpiritus qui cœleſti aura & nectare hoc eſt ſup gloriosę trini-
tatis immortalis uiſionis cõpotiunt̃ inuocat,qui diuinitatis pleni typica ſi
gna renouata referre & interp̃tari q̃ant. Fœlices. utpote q̃ poſt depoſi
tã carnẽ fœlicia loca ac fœlices delitias ſint cõſecutæ. Lucida templa.
cœlũ empyreũ, Myſtica ſigna. occultas ſignificationes. Læthi. Læthum
Mors dicit̃ læthum uel per antiphraſim,q̃m res ſit minime læta,uel ἀπὸ
τῆσ λήθησ eo ꝙ ipſa oĩa dent̃ obliuioni,uel a λύω q̃d eſt ſoluo.Nã ab ani
ma corpus diſſoluit̃,idipſũq; poſtea in elementa reſoluit̃,ex quibus homo
conſtat,ſcilicet ex ſanguine,ex phlegmate,ex rubra cholera & nigra,au-
ctor Hippocrates de p̃paratione hoĩs ad Ptolemæũ regẽ,quẽ Codrus ur
ceus ſatyra ſecũda numeris latinis,nuper uero Reuchlin noſter plano ſer
mone romano loq̃ docuit. Nigras ſedes. quas incolunt qui in flagitiis
atq; ſceleribus fœde uixerint.Fingũtq; poetę ſtatim eos a furiis per ipſum
tartarũ raptari in erebũ & chaos,ubi impiorum regio eſt. Ferrugine. Ferrugo
pro purpura q̃nq; ſumpta eſt,ſed uerius pro colore qui rubiginẽ ferro cõ
tractã emulat̃,utcũq; ſit ſubobſcurus eſt color, Sublimis. magnificus
glorioſus,ob dotes glorificati corp̃is quas theologizantes referunt. Cre
dimus IHESV chriſti humani ſalutis gñis animã deificatã ſtatim a cor
pore ſolutã immẽſa deſcendiſſe luce ſub umbras horrẽtes,patres illos piiſ
ſimos antiq̃ legis cõpeditos ab umbra herebi cecoq; carcere liberaturam
ingreſſã noctẽ fugaſſe,& dæmonũ p̃tatem cõfregiſſe,ut queadmodũ his
qui in terra iuſticię ortus eſt ſol,ſic & eis qui ſub terra in tenebris,& in um
bra mortis ſedebãt lux infulgeret. Remeauit. aſcẽdit,iuxta hoc,nemo
aſcendit niſi qui de cœlo deſcẽdit. Superas arces. cœleſtes empyrei cœ Arces
li ſedes,ſedens in gloria dei patris,& ad eius dexterã omipotentiſſimã,ſi
cut prius p̃dixerat,q̃d ex euãgelio repetere potes, Arces ab arcẽdis hoſti
bus dictæ,ut quibuſdã grãmaticis placet. Cathenato hoſte. lucifero, q̃
multo nobilior ſanctiorq; fuit hoĩe,niſi ingrato fuiſſet aĩo,nũq̃ meditari
cœpiſſet altius ſcãdere,q̃d ingrate magis an impie cogitarit,difficile ſit iu
dicare,hic hoſtis captiuũ genus humanũ detinebat,uſq; adeo,q̃d eum nõ
ſemel chriſtꝰ mundi principẽ dixerit dominus in Iohanne.Nunc iudiciũ

eſt mundi,nunc princeps huius mūdi eiiciet foras, Principio, poſt aſcē ſionē intellige,& finge reſponſū beatorū ſpirituū. Sacri cœtus. apoſto lorū & diſcipulorū,& ſi ibi fœminę affuerint,uiris tñ p̄dicandi euangelii munus incumbebat. Auratis ſagittis. uerbis ſapientię plenis,metapho ra.Aurū em̄ in myſteriis ſapientiā ſignificat,nec ideo dixit auratas ſagit tas,ꝙ aureę amorem accenderent,ſicut plūbeæ ſagittæ amoris odiū pro curarent,ſecundū gentiliū fabulas,qm̄ auctor noſter illuſtris cis nūcium remiſit,ſeuerioribus literis mancipatus,ad quas & Crinitū talibus inuitat uerbis. Videris em̄ iam cōſecutus iuuenis,q̊d honeſtiſſimū ſit ſeni cōſum pta in literis ætate deſyderare,tanta ad hanc diem legiſti,tanta notaſti. q̄ ſi modo non areant ſine fructu poſteritatis eruditionis qn̄q; poſſis eſſe ex emplar,uti non aſſentor & ex animo ſcribo,ita te hortor ad philoſophiæ ſtudia,& ſacras literas,q̊ poſſis hunc a te cōparatū magna induſtria colo

Theologia rem ſolidis figuris impertiri,uerūq; hominē nō umbrā effingere,Q; aiit pauci ſacris literis operā dēt,ideo fieri puto, q̊d pauci earū uim intelligāt & plęriq; om̄es noſtra tēpeſtate ipſā m ſcientiā nō propter ſe,ſed propter lucrū ſequi ſolemus,& ad eas artes q̄ lucratiuæ ſunt applicamus,ea ratio ne multi medicinā,plures iura ciuilia amplectunt̄, & ipſi cucullati fratri celli pōtificales leges & Iuſtinianas audiūt ſanctiones,adeo ꝙ olim ſacrę lr̄æ a cōiugatis qualis eſt auctor noſter,& pluribus ſecularibus potiſſimū cultæ celebratęq; uideāt̄,ſed & illas lucratiuas eſſe auūculus nr̄ atteſtat̄ in apologia ſua,qui liber ueritatis amatoribus & filiis lucis nō ſeculi huius

Linguæ ſcriptus eſt,quare cum ueritate in æternū permanebit,licet communibus emulis rumpantur ut ilia Codro. Ardentis linguę. apparuit nanq; in igne ſpiritus ſanct⁹,nō ꝙ ignis deus fuerit,ſed igne q̊d exterius exhibuit, quod intus gerebat expreſſit. Habemus aūt ſacris literis cōpertū ſpiritū ſanctū uiſibiliter in quintuplici ſpecie datū in colūbæ ſpecie,ſuper chriſtū baptiſatū,in nubis lucidę ſpecie ſup chriſtū trāſfiguratū,In flatu qn̄ ſalua tor in ſufflando ſpiritū paſchę die dedit,Poſtremo in genuina ignis & lin guarum ſpecie,in quibus profecto ſi recte ſcripturas expenderimus inue niemus diuinitatis p̄ceptum fuiſſe,& p̄ſtabilius donū cæteris,ſumma q̊q; neceſſitate primariū ad colendā chriſti ſeruatoris noſtri uineā,quę ſine lin guis coli non poterat,in linguis igit̄ ſpiritus ſanctus uideri uoluit,nec in deprauatis quidē & corruptis,ſed igneis hoc eſt puriſſimis,ut ſignificaret̄ nequaq̄ ad euangelizandū debere mitti,niſi qui linguā noſſet,& haberet ignitā & purgatā.Sed ne exaſperemus calamū in eos quitio uertūt exter nas literas latinis cōiungere,qm̄ ſatis ſupq; manifeſtū eſt Hieronymi exē plo peregrinas eſſe literas amplectendas,qui in oībus prope diſciplinis uir ſūmus maximo ſtudio ac diligētia honeſtis artibus incubuit.Nā & romę prius & in Bizantio mox atq; Antiochia demūq; apud ſolymos plures ac uarios p̄ceptores audiuit.Sed cū iudæi ipſi ex ueteri lege neminē poſ ſint chriſtianū edocere,impetratū eſt tandē a Hieronymo ut hebræā eru ditionē horis ſaltē nocturnis liceret adire,eoq; noīe Barbanū quendā au

diuit,qui si qñ a cæteris iudæis dephendi metueret,Nicodemū alium & ipsū iudæū in præceptoris officio substituebat,tūcq; adeo & uigilãdo assi dueq; cõponẽdo cõsecutus est Hieronym⁹,ut plura quidẽ idiomata egre gie didicerit,Quod ipse etiam Augustinus in libro ad Cyrillū de Hiero nymo testat̃,qui eū scribit non hebraicā modo græcāq; & chaldaicā,sed latinā,persicā,arabam ac medam percepisse,& si plæriq; affirmant hunc ipsum librum minime Augustino ascribendum, Illud certe notissimum, quod idem Hieronymus in humanioribus literis Ælium.Donatum atq; Victorinū audiuit,In sacris uero Gregoriū Nazianzenum, Apollinarẽ Antiocheum & Didymū Alexandrinū.Barbanū aūt prælibatum Hie- ronymus ipse nocturnū præceptorẽ appellat,qñ hoc totū copiose refert in epistola ad Pammachiū & Oceanū,modeste tamẽ (ut hominẽ decuit) posteritatis causam atq; religionis agentem, & tu clarissime Iacobe Vil- linger testis es mihi locupletissim⁹ quātū πολυγλώττας ut sic latine dicā multinligues (quis enim bilingues amabit) cęsar nr̃ inclytus itidẽ πολυ- γλώττα diligat,et tu q̃q; propẽsiorẽ in oculis eius inuenisti gratiā,quia cõ muni linguæ & latinā & gallicā coniūxeris,Subit q̃q; iam mihi in oĩbus literis literarūq; sectis ac disciplinis uersatus Iacobus ille noster Bannisi⁹ cui in tota pene curia uix unū aut alterū pari iure in hoc conferendū sępe numero retulisti,illiq; hominis sapientis & modesti singulare officiū sem per ascripsisti. Nimis calefacta. supra omnẽ modū scilicet & mensurā, licet cõstet apostolos ex eo tpe q̃ crediderũt ducẽ spiritū sanctū habuisse, nec absq; gratia spiritus signa facere potuisse,tñ eū tunc pro modulo atq; mensura receperunt. Sacratæ cœnæ. Hæc est illa cœna in qua christ⁹ dominus passionis suæ tpe liberationẽ ab æterna morte transmisit fideli turbæ & credituris in se,& tunc instituit & præcepit in perpetuū memo- riale redemptionis huius hoc sacrosanctum & augustū altaris sacramen tum.Nunc aūt potius ab ieiunis sumi oportet,ut reuerentia singulari dis cernatur ab aliis cibis, ꝙ dominus apostolis per quos ecclesiā disponitur⁹ erat disponendum & docendū reliquit,In specie aūt panis & uini quā ui- demus res inuisibiles id est carnẽ & sanguinẽ honoramus,nā panis est usi tatus ante uerba sacra,ubi uero accessit consecratio de pane fit christi ca- ro,de uino sanguis,quod tribus de causis factū putāt,ut fides scilicet habe at meritū,quę est de his quę non uident̃,ne abhorreret animus,si cerneret oculis carnẽ crudā & sanguinẽ sumere,Ne etiā ab incredulis religioni in sultaretur,si cruor occisi hominis biberet̃.Sub duplici uero specie sumitur christus, q̄uis sub alterutra totus insit,quo ostendat̃ totā humanam natu rā assumpsisse ut totā redimeret,Panis em̄ ad carnẽ,uinū ad animā,ideoq; duplici specie celebrat̃,ut animę & carnis susceptio in christo utriusq; libe ratio in nobis significet̃,ualet em̄ ad tuitionẽ corpis & aīæ q̃d accepimus Nā christi caro pro salute corporis, sāguis uero pro anima nr̃a offertur, nec dici sacramenta duo sed unū debẽt,sub utraq; etem̄ idẽ sumit̃ specie

Aqua tñ admiſcenda eſt uino,qm̃ ea ſignificat populũ q̃ ſane ꝑ chriſti paſſionẽ redemptus. Per uinũ uero chriſti intelligitur ſanguis,in quo demũ ſubiecto fundentur accidentia illa,quę remanẽt ſpecies ſapor & pondus, fatendum quidẽ in nullo uerum ſine ſubiecto exiſtere. Nam ibi nulla niſi dominici corporis ſubſtantia atq; ſanguis ineſt,quæ illis minime afficitur accidẽtibus. Dicit̃ etiã hoc uenerabile ſacramentũ euchariſtia bona gratia ſeu gratitudo,ꝙ in hoc ſacramento non modo eſt uirtutis & gratiæ augmentũ,ſed ille totus ſumitur qui eſt fons & origo totius gratię,quare quicunq; religioſe guſtauerit,corruptionem non uidebit. Tyrannos. ceu Neronem Domitianum.Traianum.Diocletianum & ſimiles. Exarmata. a ſpiritu ſancto qui ſuo illa amore flãmauerat,qui incenſa illis & aculeata uerba impertitus fuerat ad ferrea hoĩm ſcindẽda corda emolliendãq; duriciẽ & ſuperãdam immaniſſimorũ perſecutorũ crudelitatẽ,

Hinc ueteres fugitare dei trepidare ſenatus
Mirari attoniti ſophiæ de plebe magiſtri
Mirari & uulgus cœpit,cum creſceret ardor
Inſolitus,numerumq; magis quo ſeuior ira
Redderet innumerum tormentis percita cædes
Recludunt Stephano cœlum ſtridentia ſaxa
Vrentem moriens temnit Laurentius ignem
Innumeræ rigidam conſtanti pectore mortem
Imbelles obeunt(res non audita)puellæ
Pollutas pueri læti obtruncantur ad aras
Inter mille neces fidei rutilantior ignis
Fulſit,callaicis ueluti in fornacibus aurum

De ueterũ deis

Hinc ueteres fugitare dei. Tertulianus contra gentiles.Trecentos (inqt) Ioues ſeu mauis Iuppitres a M.Varrone numeratos,eoſq; ſine capitibus introductos,quo circa non inepte dictum uidetur a quibuſdã philoſophis fuiſſe eos maxime dementes atq; inſanos,qui rebus om̃ibus & adeſſe deos putauerint,& uaria flagicia quæq; obſcœniſſima dictu ſunt pro numinibus coluerint,quod ab Auguſtino etiam & Firmiano longis uoluminibus atq; magnis conuitiis inceſſitur,deridetur atq; exploditur. Itaq; ocioſum eſt inquit Tertullianus per omnia deorũ nomina uelle decurrere,qui colerent a ueteribus.cum tot tamq; uarii,noui,ueteres,ſerui, barbari,græci,romani,peregrini,captiui,adoptiui,proprii,cõmunes,maſculi,fœminæ,ruſtici,urbani,nautici,militares enumerentur.

Dei. idola, dęmonia dii gentiũ. Fugitare, fugerunt & significat oracula defecisse, Fugere nanq̃ cœpere dæmones impensius post aduentum christi, qui statim a sectatoribus cultus, & ab eius apostolis adeo celebratus est, ut ab innumera multitudine, ab omni sexu & ordine per orbẽ uniuersum uicto detriumphatoq̃ dęmone magna cum indignatione & iudæorũ & gentium adoraretur Senatus. Romanus, quem alii a sene Senatus cta ætate, alii a sedendo dictũ putãt, Relatum quoq̃ est a Tertulliano uetus decretum Romæ fuisse ne quis deus ab imperatore posset consecrari, nisi a senatu etiam probaret, Ideo idem Tertulianus, neq̃ aũt mirum est inquit, si senatus populusq̃ romanus imperatori Tiberio hac in re nõ paruit, qm̃ de nouis diis recipiendis atq̃ expellendis senatus ipse q̃ polleret auctoritate decernebat, sicuti romanæ leges ac decreta statuerunt, Nam & in pontificũ libris ita seruatum est,

Separatim nemo sit habens deos nouos siue aduenas
Nisi publice ascitos priuatim colunto
Diuos, qui cœlestes semper habiti colunto
Constructa a patribus delubra habento.

Ex his aũt facile colligit haud permissum cuiq̃ in urbe deos sibi alios assumere, præterq̃ quos Sen. po.q̃ Ro. uoluisset, de Tyberii cęsaris animo in christum paulo post principium meminimus, qui scilicet postq̃ aperte de christi diuinitate per Pontiũ Pilatũ qui in diebus suis apud Syrios præfectus agebat edoctus erat, uoluit a senatu populoq̃ Romano christum adorari, cum prærogatiua suffragii sui, senat⁹ uero id neglexit, Tyberius uero in sententia persistẽs, periculumq̃ & pœnã his cõminatus est qui temere christianos accusarẽt.

Sophiæ. Sophi dicunt sapientes, uel hi qui se haberi sapientes uolũt Sophi Est aũt sophia scientia & intellectus rerum natura p̃ciosissimarũ, unde & Anaxagorã & Thalem sophos id est sapiẽtes fuisse dixit antiquitas. Simpliciter sophia est saphia quædam id est claritas cuncta manifestans, Saphis em̃ græce manifestus dicit̃, uel dicta est sophia ἀπὸ τοῦ σέβειν id est a colẽdo litera media in crassam Macedonũ more mutata, q̃ ueneratione digna. Primus aũt Pythagoras se philosophũ apppellitauit, sapientis nomen tanq̃ deo conueniens & ab aliis pręterea occupatũ recusans, Cęterũ nec philosophus proprie potest nominari qui christianus nõ sit, Nihil em̃ aliud sibi uult hoc nomen græca lingua q̃ latina sapientię amator, christ⁹ aũt est sapientia dei patris (ut inquit apostolus) sapientia inquã q̃ æterno genita est a deo, & ipsa deus & dei filius. Qua de re auctor noster illustris in libris de studio humanæ & diuinæ philosophię pluribus agit. Cum cresceret. Constat apostolicis actis non modo multis millibus christi sectam auctam, sed & tot hominũ millibus unum cor fuisse, & unã animã hoc est idem uelle & nolle, uendidisseq̃ agros et reliqua bona, & precium ad pedes apostolorũ contulisse christianos erogandũ pauperibus. Numerumq̃ magis. christianorũ numerus eo magis creuit, quo magis ra

rescere debuit,tanq̃ fusus eorũ sanguis per uulnera,per tormenta,per aculeos & ungulas dissecantes costas & uiscera feminis instar propagandi & instaurãdi uim potestatemq̧ obtineret,ut olim gentibus in apologetico florens Tertulianus exprobrauit ingens semen est sanguis christianorũ.

Tormentis percita cædes. Satis compertũ est ex annalibus ueterum quantũ romani olim imperatores decretis publicis atq̧ edictis christianorum religionem repellere atq̧ extinguere conati sunt,sic ut nullũ crudelitatis genus omissum fuerit,in quo christiani homines uexati atq̧ disiecti non fuerint,Inter cætera Maximinus cæsar non minore astu q̃ seuitia us⁹ est in persequendis lacerandisq̧ christianis. Siquidẽ Iouis simulacrũ (q̃d in urbe Antiochia celebre fuit) sic instrui curauit cõmentoq̧ callido aptari,ut in edendis oraculis quę tum magno cultu habebantur respõsum de christianis hoc promeretur,ne homines christo dicati degerẽt in urbib⁹, neq̧ ullis etiam locis extra urbes, sed procul ut noxium genus atq̧ ueneficum fugarentur,quo factum est ut uagi palantesq̧ & reiecti ab omibus forent,tametsi pro religionis merito atq̧ maiestate id accidebat,ut q̊ plures seuioresq̧ forent persecutores,eo maior & amplior religio haberetur Nec em̃ quicq̃ principum seuitiam atq̧ feritatẽ magis extimulabat q̃ firmitudo illa & inuicta atq̧ impenetrabilis christianorũ constantia,q̃ quãlibet libidinem atq̧ immanitatem lõge exuperaret,cum foret hæc oratio christianorũ ut Tertulianus in apologetico capite ultimo ad finẽ scribit, O Romani præsides cruciate,torquete,damnate,allidite,atterite nos,probatio est nostrę innocẽtię uestra iniquitas,Hoc est igitur quod exprimere uoluit auctor noster dum cecinit debellare tyrannos.Exarmata ualẽt flãmanti pectore lingua.Is tamen Maximinus quo ut a quibusdã traditur,

Maximin⁹ nullum prope animal in tota uita crudelius habitum est, cum in tabificũ morbũ & pestilentem incidisset,ac illi a medicis relatum foret,non aliter posse illum morbum curari,nisi a christianorũ sanguine & cædibus abstineret,edicto rursum cauit,ut quicunq̧ essent christiani suum nomen ac deos extra omnem iniuriã colerent,ac rite in religione perstarent,uerba edicti signanter Eusebius conscripsit,quę & Crinitus refert libro septimo de honesta disciplina.Insuper Eusebius.Pamphilus.Augustinus & alii copiose memorant,qui potissimum romani principes & qua seuitia christianos eorũq̧ religionẽ sunt insectati,Non em̃ ferebat senatus populusq̧ romanus ad usq̧ Constantinos imperatores christianũ nomen surgere aut

Iulianus amplius euagari,Verum de Iuliano imperatore qui Bizantius fuit mirificum prorsus commentũ atq̧ adeo callidum traditur,quo christianos populos ab instituto atq̧ incepto suæ religionis depelleret,non em̃ ui, non cædibus,non tormentis,sed alia ratione aggressus est,ut eos ad ueterem romanamq̧ religionem conuerteret,Nam prolatis præmiis ac dignitatibus tum blandimẽtis etiam atq̧ persuasionibus sic effecit,ut is multo plu

res occupauerit,quam qui crudeliter eos atq; immaniter proſequendo at
triuerit,Idem tamen edicto cauit ne chriſtiani homines prouinciarũ pro
curationes haberent,neq; ius dicerent quod ipſa ut dicebat,chriſtianorũ
lex uti gladio prohiberet,Pari quoq; edicto conſtituit ne chriſtiani ipſi gẽ
tilium ſcholas atq; gymnaſia adire poſſẽt,quo minꝰ in bonis ſtudiis atq;
diſciplinis proficerent, auctores Ammianus.Auguſtinus.Hieronymus
Ruffinus;cuius rei etiam auũculus noſter copioſe meminit in Philippicis
dialogis,Diocletiani,Domiciani,aliorum tyrannorum crudelitates tace
mus,quas ex ſanctorum hiſtoriis quas legendas uocant facile pius lector
aſſequetur. Stephano. primus qui in agone coronam nominis hæres
habet.Arator.Legimus in apoſtolica hiſtoria Stephanum protomarty-
rem cum lapidibus a iudęis obrueretur oraſſe ut illis parceretur,uidiſſeq;
cœlos apertos & chriſtum ad dexteram dei ſedentem, atq; iudæos qui
lapidabant ad Sauli pedes ueſtimenta ſua depoſuiſſe,Stephanus chriſtia-
næ aſſertor pietatis non ſophiſmatis uſus non gryphis ex diatriba petitis,
ſed ex puriſſimo fidei fonte hauſit ea per quæ ſynagoga illi ceſſit,& omẽs
imaginariæ ſapientiæ aſſectatores. Laurentius. Hic primus e ſeptem
uiris qui ſtant ad aram proximi leuita ſublimis gradu & cæteris pręſtan
tior,clauſtris ſacrorum præerat, cœleſtis arcanum domus,fidis guber-
nans clauibus uotaſq; diſpenſans opes. Temnit. Sic e cataſta iudicẽ
compellans affatu breui.Conuerte partem corporis ſatis crematam iugi
ter.Et fac periculum quid tuus vulcanus ardẽs egerit,præfectus inuerti iu
bet,Tunc ille,coctum eſt deuora,Et experimentum cape, ſit crudum an
aſſum ſuauius,hæc ludibundus dixerat Prudentius. Puellę. uirgines
Catharina.Margarita,Agathe.Lucia,Apollonia,&c. Imbelles, Nihil
enim eſt uel a ſexu uel ætate hoc hominum genere infirmius,imbecillius
Conſtanti pectore. qua de re ſupra q̃ dici poterat gentes admiraban
tur id ipſum literarum monumentis referentes,quos inter Arrianus phi-
loſophus ex ſtoica ſecta ſcriptum reliquit chriſtianos omnes mortem con
temnere. Pueri. ſerui chriſti ut apoſtoli & reliqui martyres beatiſſimi
Scribit enim Lucas euangeliſta ꝙ apoſtoli a iudæis cæſi exultantes ince-
debant,quia digni habiti eſſent qui pro chriſti nomine iniurias paterent.
& ꝙ eos hoc loco auctor pueros nominat,nihil a prophetis & ſacris elo
quiis facit alienum,Nam de eis in Eſaia dicit dominus, Ecce ego & pueri
mei,quos dedit mihi dominus in ſignum & portentũ iſrael a domino ex-
ercituum qui habitat in monte ſion. Et in Ioanne dominus ad apoſtolos
Pueri nunquid pulmentarium habetis.Et in pſalmo canitur.Laudate pu
eri dominum,tum pro ſeruis latini etiam uſurpant. Læti. alacres.
Pollutas. iuſtorum ſanguine inquinatas. Callaicis. Sunt apud
collaicos populos inſignes camini,quibus aurum decoquitur, defecatur,
expurgatur.Perhibent quoq; apud eos aurifodinas eſſe præcipuas.

Tum præſes ſyriis feruens Egnatius agris
Chriſtigenas paſcebat oues, romanus abægit
Miles, crudeli ducturus funera circo
Sacra uiri nimium formidant membra leones
Tangere, ab innocuo cohibentes ora cruore
Quem rigidi immitis Traiani exhauſerat enſis
Protinus euulſo (nam dirus pectore lictor
Traxerat) inſcriptum cordi ſpectatur Ieſu
Nomen honoratum, quod triſtia tartara longe
Formidant, ſuperæ conſpecta inſignia dextræ
Tempore iam ex illo multum cum uiuidus ardor
Ferueret, inuidit dæmon tranſcendere cœlos
Stelligeros hominem, quibus ille expulſus auerni
Horrendas ſubiit multa caligine ſedes

Præſes

Tum præſes. Nomen præſidis Martiano. ff. primo atteſtante generale eſt eo ꝙ & proconſules & legati cæſaris & omnes prouincias regentes licet & ſenatores ſunt præſides appellantur. Feruens. ardens, diuino ſci. amore inebriatus. Egnatius. Ioãnis euãgeliſtæ diſcipulus tertius a Petro Antiochenæ eccleſiæ ſuffectus eſt præſes hoc eſt epiſcopus, Dixit autẽ ſyriis agris, Antiochia nanqꝫ ciuitas Syriæ prima Petri apoſtoli ſedes, prima in qua chriſtiani (qui baptiſma ſuſcepiſſent) a chriſto nuncupari cœperunt, in qua Paulus & Barnabas ordinati ſunt, quæ & poſtea diui Egnatii moderationibus credita eſt. Mantuanus. Stapulẽſis, Cataneus alii Ignatiũ nuncupant, Fuit etiã hoc nomine Ignatius dexter ad quẽ Herennius Modeſtinus ſcripſit librum de excuſat. tutel. Quanq̃ huius inclyti martyris extat epiſtola inter reliquas eius diuinas impreſſa, qua romanorum rogat eccleſiã ne uinculis ſuis carnaliter compatientes procurent eius ſolutionẽ, ne impediant eius certamen, ne retardent eius coronã, q̊d fauore principũ & urbis gubernacula adminiſtrãtiũ eos facile poſſe intelligebat, quia uero tota hæc epiſtola multa pietate referta eſt, & qui piꝰ eſt chriſtianus eam ſine lachrymis nõ leget, uerba em̃ ſunt mentis extaſim diuini amoris patientis, & beati qui illo igne calent, Spero equidem bonũ piumqꝫ lectorem haud mihi uitio daturũ totam eam appoſuiſſe, quo facilius intelligeret hiſtoriç ſeriem ab illuſtri auctore noſtro obiter tactam.

Ad Romanos de Smyrna ꝑ Epheſios epiſtola.

Epiſtola hęc eſt. IGNATIVS qui & Theophorus miſericordiã conſecutæ in magnitudine dei altiſſimi patris IHESV chriſti unigeniti eius filii eccleſiæ ſanctificatę & illuminatæ in uoluntate dei (qui fecit omnia q̃

sunt secundū fidem & dilectionē IHESV christi dei & saluatoris nostri quę & p̄sidet in loco regionis Romanorū deo dignę, eminentia dignę, be atitudine dignę, laude dignę, fide dignę, fundatę in dilectione & fide chri sti paternū nomen habenti, spiritiferę quā & saluato in noīe domini oīpo tētis & IHESV christi filii eius, qui est secundū carnē & spiritū adunatis in mandatis eius repletis gratia dei inseparabiliter, & ablutis ab omni ali eno colore atq; immaculatis, plurimā in deo patre & dn̄o IHESV chri sto salutem. Deprecans deū optimū ut uidere merear dignos uultus u͞ros sicut plurimū optabā promereri, uinctus em̄ in christo IHESV spero uos salutare, si quidē fuerit uoluntas illius qui dignū me faciat usq; in finē pro positū meū consummare. Illa uero principia bonę conuersationis sunt, si quidē per gratiā meruero sortē meā usq; in finē sine impedimento perci pere. Timeo em̄ dilectionē uestrā, ne ipsa me ledat, uobis em̄ facile est q̊d uultis facere, mihi aūt difficile deū promereri, tn̄ potero si uos peperceri tis mihi occasione amicitiæ carnalis, Nolo igitur uos homini placere sed deo, sicuti & complacuistis, nec em̄ ego habui aliq̄n tale tempus ut deum promeruissem. Ergo si & uos tacueritis de me ego efficior dei, si em̄ dilex eritis carnē meā iterū forsitan absoluor, Multū em̄ mihi prę statis, si me of feratis deo cum iam altare paratū est, ut in dilectione chorus effecti cante tis deo patri in christo IHESV (qm̄ episcopū Syriæ dignū fecit deus inue niri in occidente ab oriente p̄mittens suā passionē, martyrē bonū profi ciscentē de mundo ad deū) ut in ipso oriar, nunq̄ lesistis aliquē, alios docu istis, Ego aūt rogo ut secūdū illa firma q̄ docti estis ex omi uirtute opte tis mihi ut non solū dicar sed etiā inueniar christianus, Si aūt inuentus fue ro & dici possum, & tunc esse fidelis q̄n mundo non cōparuero, nihil em̄ de his quæ uidenť ęternū est, Quę em̄ uidenť (inquit) tp̄alia sunt, quę aūt non uidenť ęterna sunt, non solum in opere sed etiā in magnitudine. Chri stianitas em̄ est q̄ oditur a mundo, amatur a christo, quia nō est ab hoībus sed a deo, Si em̄ essetis (inquit) de mundo, mūdus quod suū erat diligeret Nunc aūt quia non estis de mundo, propterea odit uos mundus, sed ego elegi uos manere in me, Ego scribo oībus ecclesiis & omibus mando, q̄a uoluntarie pro deo morior, si uos non p̄pedieritis, rogo itaq; uos ut non frustra sit in me dilectio uestra. Sinite me ut bestiarū esca sim, per quā pos sum deū promereri, triticum em̄ dei sum, dentibus bestiarū molar, ut pos sim panis dei mundus inueniri, magis aūt blandiamini bestiis ut mihi se pulchrū sint, & nihil de meo corpore relinquant, ut non obdormiens gra uis alicui inueniar. Non sicut Petrus et Paulus p̄cipio uobis, illi enim apo stoli sunt IHESV christi, ego aūt minimus, illi uero liberi sūt serui dei, ego aūt usq; nunc seruus, sed si passius fuero libertus ero IHESV christi, et re surgam in eo liber, Nunc disco uinctus nihil mundi cōcupiscere aut aliq̊d uanū a Syria romam usq; cū bestiis depugno, per terrā & mare die ac no cte uinct⁹ cū decē leopardis hoc est cū militari custodia qui ex beneficiis

peiores fiunt,in iniusticiis aũt eorũ magis edoceor,ſed nec in hoc quidẽ iu ſtificor. Vtinã fruar beſtiis quę mihi paratę ſunt,quas & opto mihi uelo ces eſſe ad meũ interitũ,& allici ut celerius me comedant,ne ſicut in aliis territę ſint & nõ eos tetigerũt,& ſi ipſę noluerint ego ipſis uim ingerã,ego urgebo ignoſcite mihi,ego ſcio quid mihi expediat,Nunc incipio eſſe di ſcipul⁹ nulli emulor uiſibiliũ & inuiſibiliũ, ut Iheſum chriſtũ merear adi piſci,nihil me iuuat q̃ ſunt mundi huius,neq; regnũ tpale,bonum eſt mihi mori in chriſto Iheſu q̃ regnare in finibus terrę. Quid em̃ prodeſt hoĩ ſi uniuerſũ mũdũ lucret̃,aĩam ṽo ſuã pdat,dñm nanq; deſydero filiũ ueri dei,& patrẽ IHESV chriſti ipſũ utiq; q̃ro,& illũ qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit.Ignoſcite mihi fratres ne mihi impedimẽta opponatis ad uitã,Iheſus eſt em̃ uita fideliũ ut ne uelitis me mori,qa uita mors eſt,ſine chriſto dei uolens eſſe,mũdo non placeã.Sinite me purã lucẽ percipere,il luc pueniens homo dei ero,Cõcedite mihi ut ſim imitator paſſionum dei mei,qui em̃ uult in ſe ipſo habere intelligãt quid uolo,& cõpatiat̃ mihi ſci ens quid ſit in me.Princeps em̃ mũdi huius diripere me uult & in iudicio dei mei dirũpere..Nemo ergo de pñtibus uobis auxiliet̃ ei,magis aũt mei adiutores eſtote hoc eſt dei. Nolite dicere Iheſum chriſtũ mundũ hono rãtes,facinus in uobis nõ habitet,neq; ſi uos pñs rogauero,cõſentiatis mi hi,his aũt cõſentite q̃ ſcribo uobis,uiuus em̃ ſcribo uobis,deſyderãs mori pro chriſto.Meus em̃ amor crucifixus eſt,& non eſt in me,aqua aũt alia uiua manet in me intrinſecus mihi dicens,veni ad patrẽ,nõ comedã eſcã corruptionis,neq; uoluptates huius mũdi deſydero, Panẽ dei uolo,panẽ cœleſtẽ,panẽ uitę,qui eſt caro Iheſu chriſti filii dei uiui (qui nat⁹ eſt in no uiſſimo ex ſemine Dauid & Abrahę) & potũ uolo ſanguinẽ eius qui eſt dilectio incorruptibilis & uita æterna,Iã nolo ſecundũ hoĩes uiuere,hoc aũt decerit ſi uos uolueritis.Chriſto crucifigor qa iã ego nõ uiuo,uiuit ṽo in me chriſt⁹,per modica ſcripta rogo uos ne mihi obſeruetis,Credite mi hi quia IHESVM diligo,qm̃ & ipſe dilexit me,& ſe ipſũ tradidit pro me Quid retribuã ei pro oĩbus quæ retribuit mihi,Ipſe aũt deus & pater dñi noſtri Iheſu chriſti,& ipſe dominus Iheſus chriſtus manifeſtauit nobis hęc oĩa quia uerũ dico & uos ſimul cõdepcamini mecũ,ut laborẽ cõſequar in ſpiritu ſancto,Non ſecundũ carnẽ uobis ſcripſi, ſed ſecundũ diſpoſitionẽ dei.Si aũt paſſus fuero dilexiſtis me ſed ſi reprobatus fuero odio me habu iſtis.Mementote in orõnibus ueſtris illius qui pro me recturus eſt eccleſiã q̃ eſt in ſyria,Credite dño dicẽti ego ſũ paſtor bonus,qui uiſitauit eã & ſit ueſtra in eo dilectio,Ego aũt et erubeſco ex ipſis dici,nõ em̃ ſũ dignus eſſe ultimus aut purgamentũ,ſed miſerabilis ſũ nunc donec deũ merear adipi ſci.Salutat uos ſpirit⁹ meus & dilectio eccleſiarũ q̃ me ſuſceperũt ſicut no men Iheſu chriſti,habẽtes em̃ me nõ quaſi trãſeuntẽ uiã meam aſpiciebãt

& per ciuitatẽ me deducebant, hæc igit̃ scribo uobis de Smyrna per ephesios beatitudine dignos. Est aũt mecũ simul cum aliis crocus desyderabile mihi nomẽ, ex his qui aduenerũt de Syria ad Romã in gloria dei. Credo uos agnoscere q̃ mihi mandastis adhuc proxime cõstituo, oẽs eñ digni sunt deo, & apud uos me oportet requiescere, Scripsi uobis hęc nono kalendas septẽbris, incolumes estote usq; in finẽ in patientia christi, Amen.

Romanus miles. abegit, fuit nanq; diuinus Egnatius ad iussum romani tyranni Romã tractus, ut ad seuissimas bestias depugnaret. Circo ut in eo dei miles feruentissimus inter solutos efferatissimos leones medius spectaculũ p̃beret, & funera hoc est mortẽ obiret, Dion refert circũ collapsũ ampliorẽ atq; etiã elegantiorẽ Traianũ restituisse, ut populũ romanum capere posset, Tres in urbe circi fuere, un⁹ ad templũ Florę sexta urbis regione, alius nona qui dictus est flamminius, terti⁹ undecima cognomento maximus, circi formę Catanęus meminit. Traiani. hic ut oẽs cõsentiunt traxit originẽ ab hispania, quidã etiã illic natũ prodidere in urbe italica, si Eusebio & Eutropio credimus ex familia antiqua magis quã clara, hic germanici cognomento honestatus est, qua de re copiose legere est apud Catanęũ. Ab antiquis quoq; de Traiano imperatore eiusq; reb⁹ gestis permulta quidẽ memoria digna scribuntur, Nam & hic ipse Plutarchũ philosophũ p̃ceptorẽ habuit, cui⁹ disciplinis ingenii cultũ, moresq; honestissimos adeptus ut a senatu populoq; romano tanto imperio dignissimus heberet̃, sed & de Traiano in Sudę collectaneis obseruatũ est, cũ is corã romanis magistratibus aliq̃n adesset, gladiũ quẽ gestabat e uagina eduxit, nudũq; τῷ ὑπάρχῳ exhibuit, dicẽs en accipe gladiũ, q̃d si hic quidẽ principe dignus est, utere pro me, sin aliter eodẽ cõtra me. Hic non modo Datiã prouintiã (Decibalo uicto) subegit, q̃ decies centena millia passuũ in circuitu cõtinebat, sed Armeniam quoq; recepit, & Assyriã, Mesopotamiã atq; Arabiã in prouintiæ formã redegit, & Indiã deinde intraderet. cũ Seleuciã Ctesiphontẽ ac Babylonẽ clarissimas urbes occupasset regibus partim captis, partim interemptis, vñ Traiano imperante uetus dignitas ac illa quasi maiestas Romani fastigii ad Augustũ decus aucta est, Nã & illud passim ab oĩbus probatũ est, ipsũ quidẽ Traianũ militarẽ gloriã ciuilitate animi, ac singulari modestia superauisse, ex quo illud celebre dictum, Ne sis Traiano melior Augusto fœlicior. Huic Traiano ut refert Eusebius in chronicis Plinius cum quandam prouintiam regeret, & in magistratu suo plurimos christianorũ interfecisse multitudine eorꝫ p̃territus, scribẽs ab eo quæsiuit, quid facto opus esset, nuncians ei præter obstinationẽ non sacrificandi & antelucanos cœtus ad canendum cuidã christo deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad cõfœderãdã disciplinam

uetari ab his homicidia,furta adulteria,latrocinia,& similia ad quæ com motus Traian⁹ Plinio sic rescripsit. Actum quē debuisti mi Secūde in ex cutiendis causis eorū qui christiani ad te delati fuerāt secutus es.Neq; em̄ in uniuersum aliquid quod quasi certā formā habeat cōstitui potest, Cō quirendi non sunt si deferant & arguantur puniendi sunt & cętera.Hanc uero iniquam immitis Traiani sententiā.Q.Septimius florens Tertulia nus iure reprehendit, O sententiā necessitate confusā,negat inquirendos ut innocentes,mandat puniri nocentes,parcit & seuit,dissimulat & anim aduertit,quid temetipsum censura circūuenis? Si dānas cur non & inqui ris? si non inqris cur non & absoluis? & q̄ latius ibi consequunt̄.Quāuis Suida referente q̄d tamē uidetur factū post hoc rescriptū Traianus uetu erit christianos supplicio affici,hic inquit christianis quietē pœnę quandā reddidit,quas magistratus diuersas inferebant.Vnde Tyberianus primę palæstinorū gentis præfectus renunciauit ei nihil proficere in occidendis illis sua spōte ad suppliciū currrētib⁹,Tūc Traian⁹ uetuit quēpiā christia norū occidi,qua de re & Orosius. Lictor. Gellius lictor nomē uerbale quasi ligator a ligādo,gerebāt em̄ uirgaꝝ fasces ligatos. IESV.q̄d inter
IHESV ipsa tormēta positus semper ore protulit,qm̄ semper animo gerebat IHE SV christi nomen.Vnde & in corde eius spiculator literis aureis inscrip tum inuenit.Tanto em̄ eius diuinus martyr flagrauerat incendio,ut eius historia constat,quā totam recensere longū esset.Græcismū aūt exprimit q̄d in carmine licet,secus in cōmuni sermone,est em̄ ut monuim⁹ disylla be enūciandū. Temperabimus aūt nec perperā unq̄ hoc superbenedictū nomen in ore nostro uoluamus.Est em̄ ineffabile,sanctū,terribile & ad mirabile in uniuersa terra. Tartara formidant. In nomine IHESV oē genu flectatur cœlestiū,terrestriū & infernorū, & om̄is lingua confiteat̄ quia dominus IHESVS est in gloria dei patris. Viuidus ardor. christo credentiū qui in uinculis exultasse ferūtur,quia digni habiti sunt pro no mine IHESV contumeliā pati,quibus quidē deus nō dedit spiritū timo
Ferueo ris sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis, Ferueret. ferueo secūdę & feruo tertiæ coniugationis eiusdē significationis non solū ex incendio ca lere significat,sed etiam ex quibuscūq; molestiis perturbari,cui⁹ cōtrari um est deferuere,quod est mitescere & a colore deficere. Inuidit. licet
Inuideo actiuū sit inuideo tamen cōsuetudine dtō iungit̄,immo ut Diomedes do cet,ultra dtm̄ potest regere gtm̄ actm̄ & ablatiuū,ut inuideo tibi glorię & gloriā & gloria. Quibus ille. peccator angelus dæmon,peccauit nāq; pars angelorū superbia primū & mox inuidia, Vult Thomas angelum peccasse eo ꝙ appeteret esse ut deus,non tn̄ ut ęquaretur ei & in ipsi⁹ natu ram uerteretur,quod naturali desyderio repugnat,quo conseruari una quæq; res cupit,sed ut similis esset,Scotus uero luxuriā peccatū angelorū statuit,non eam quidē quæ libido carnis dicit̄,sed qua sibi ipsis cōplacue runt,nimis in semet amore proprio reuoluti,nec in deum relati,expulsus

igitur ob delictũ inuidus dæmon subiit. Sedes horrendas, propter tenebras & caliginem, quę deputatę sunt eorũ & malorũ hominũ cõsortio Scire aũt oportet qm̃ q̃d est hominibus mors, hoc angelis est lapsus, non est illis pœnitentiæ locus, ut neq; post mortẽ hominibus. De mora uero quæ inter creationẽ & lapsum fuisse dicit̃ & an in primo instanti creationis mali esse potuerint, sententiæ theologorũ licet uarię requirendę sunt, ita tamen ne dum curiosius scrutari altiora uidemur, nostram cõditionẽ negligamus cognoscere, contra sapiẽtis scitum γνῶθι σὲ αὐτὸν cognosce te ipsum, Vnde quidã theologus sic amico scripsit. Quid dicã de mea gẽte multos theologos, theophilos uero terra hęc maledicta producit paucissimos. Si tamen aliquos acutos nimirũ disputatores, proximorũ & dei dilectores nullos, deus misereat̃ nostri, qui omnẽ absumimus ætatem nostram in nugis non solum humanorũ studiorũ sed & diuinorũ. In quib' utiq; nugæ sunt dum dei scrutamur maiestatem, & nostram negligimus cõsyderare infirmitatẽ, ignorantias & malitias, nihil de uirtutibus quẽadmodũ efficiamur boni, casti, mãsueti, humiles, modesti, temperati, charitatiui. misericordes. patientes, de hoc quis se theologorũ etiam religiosorum intromittit? nemo hęc discit, nemo circa hęc se exercet, sibi uim facit, deum pro his adipiscendis exorat, hæc ille. Alius uero pro hoc hominũ genere sophistas scilicet & cauillantes dumtaxat theologos si modo tam eximio nomine appellandi sic christum adorans alloquit̃. Vesicas tume factas uento laus tua displodat, dirumpit, perfringat neoterica quædam ad nihil utilia, nisi inanem ante imperitas aures inflãtis scientię opinionẽ, nisi ad uaniloquiũ, cui peccatũ iuxta sapientẽ non deest, cõfundat ueritas tua, ut sit laus tua nota omnibus sanctis tuis, filiis contemplationis populo appropinquanti tibi.

Sententia Kaisersp gii de theologis

Hinc satagit tristi ut marcescant pectora luxu
Crassetur uilis timidusq; nomismatis ardor
Despectent humiles uano ut turgentia fastu
Stemmata, sed uicit christus superoq; calore
Dispulit elatas herebi de nocte tenebras,
Hoste triumphato, ruit ille in tartara præceps
Sed magis infernus coluber cum sibila pressit
Fallendi insidias uiroso in corde uolutat
Cum uelut a rabida quam dira impellit edendi
Ingluuies, pastor commissa armenta leæna
Custodit, magis illa furit, licet improba fraudes

Dissimulet,renouatq; latens in pectore bellum
Secius haud coluber simulata pace uenenum
Offundit,sed quis summi omnipotentis alumnos
Fraudibus eripiat? placuit concire fideles
Sæpius atq; magis quo frixit inertia mundi

Hinc satagit. dæmon uitæ hostis qui ut nostris calamitatibus gaudet ita deificationi nostræ inuidit,nititq; perdere uulneratos,prostratosq; eo telo & crimine quo ipse percussus & delapsus est ruit in tartara præceps.

Tristi luxu. Constat em̄ oīes fere qui ocio & gula & uenereis abutū tur mortiferis morbis expositos,& statutā suæ uitę præuenire periodum Cōtra uero diuturnitatē uitę & robur corporis ex labore & cōtinētia coi tus & temperantia uictus prodire. Nomismatis. Græci nūmū νόμισμα uocant, ἀπὸ τοῦ νόμου quod est lex,quia cū permutatione uti hoīes sole rent lege nūmi usus introductus est. A nūmo nūmularia pecuniæ speci es nūcupatur,quod post inductū nummū emerserit,quodq; circa quęstū cumulationēq; nūmorū maxime uersari uideatur,& ob id dicit philoso phus eum primū esse & ultimū in commutatione. Phidon legislator Co rinthius primus fertur nummū percussisse ac signasse,& pondera & men suras ad cōmutationū æquitatē excogitasse. Vilis. quia rationē natu ralis cōmutationis cuius gratia inductus fuit excedit,uel ad fœnus uel nū morū quandā accumulationē,de qua latissime Aristoteles & Egidius ro manus. Timidus. plus em̄ æquo timet penuriā auarus & defectū,quod & apud græcos prouerbium taxat δειλὸς ὁ πλοῦτος.i.timidæ diuitiæ.

Stemmata. claritas,generositas,nobilitas carnis, quæ fex sine uirtute habenda est,de qua re Codrus audiat. Si tibi Gallorū rex & regina paren tes,Et maneat uirtus pectore nulla tuo. Non pluris faciam te q̄ tibi rustica mater,si sit & ignarus rustic⁹ ipse pater. Stēma quasi στεφάνωμα dictū,hoc est coronamentū quod ex multis coloribus texit̄, στέφω uel στεφανόω co rono στέφανος corona. Vano. secundū Seruiū triūuirum uanus idem qui & stultus,Gellio uidet̄ ut sit mendax & infidus, & leuia inaniaq; pro grauibus & ueris astutissime cōponens,Sed nec displicuit Seruio uanū eū dici qui sine utilitate mentitur,& qui fallax est & inaniter uagabundus, Donatus uanū dicit q̄d fieri non potest,itē q̄d nec possibile nec uerisimile Theologi uero dicunt uanū esse quod sibi debitū finē minime consequit̄. quēadmodū superbi qui dum exaltari uolunt humiliantur. Sed uicit christus. uicit mundum & satanam compensata iusticia pro iniusticia, obedientia pro perfidia,sanctimonia pro inquinatione, Erebi. deum Orci Erebum Varro uoluit,partem inferorum dixit Seruius in qua mo-

rarentur qui bene uixissent. Sedulius quoq; per Erebũ infernum designauit item & per chaos: Dispulit. confregit, Tenebras. peccatum dæmoniacam potestatem, quod de nocte inferni & malitia inferorũ spirituum cacodæmonum introiuit in mundum. Triumphato. sumpto triumpho de hoste Lucifero dæmonum principe, qui genus humanum iam plus quattuor millibus annis tenebris tenebrarumq; operibus caligauerat. Aduertendum ꝙ eductio populi hebraici de ęgypto per Mosen fuit figura liberationis generis humani de potestate principis tenebrarũ, quod psalmus centesimus tertius ad allegoriam tractus facile commonstrat, Ægyptus obscurum regnum principis tenebrarum, domus Iacob genus humanum, Moses christus dominus, uirga Moseos crux domini, aqua per quam saluus transiit populus Baptismus, Pharao & exercitus eius in aquis contritus princeps mundi huius cum malignis sub eo potestatibus domus israel, uniuersus populus fidelis, qui ad ueri dei agnitionẽ est illuminatus, & cuncta plebs sancta, domus Aaron pars sacerdotalis et uniuersi rei sacræ ministri. Christo autem conuenit triumphus ob eximiam gloriam, quoniam & mors occisa & innumera uitia ad interniciem cæsa, Hieronymus etiam in sermone de resurrectione domini triumphũ christo tribuit, Rex inquit noster hodie de inferis triumphator & laureatus exiuit. Tartara. Plato tartari mentionem sæpenumero facit. Nã in libris de re publica locum quo improbi dant pœnas tartarum dicit, & in Phedone quoq; repetit tartarum, sed eius etiam meminit tanquã aquarum originis, cui loco Aristoteles secundo meteorologicorum contradicit, De impiorũ post mortem loco, de animæ pœnis atq; beatitudine plura Virgilius in sexto, non ex græcorum fabulis atq; poeticis figmentis ut quidam putant, sed ex ipsius philosophię penetralibus eruta atq; e media academia assumpta memorat, quæ parum animaduertere hactenus hi grammatici, nihil aliud quærentes nisi ꝙ obuium decantatum atq; expositum sit, Iure igitur Codrus scriptum reliquit. Tria & quattuor etiam cõmentaria sunt in Virgilium, & adhuc in eo sunt quæ ignorantur.

Infernus coluber. antiquus scilicet Lucifer qui & Satanas, non solum antiquus coluber seu serpẽs sed & draco, aspis, cætus, leo, basiliscus, atrox belua in scripturis cognominatus est. Scriptum est psalmo nonagesimo. Super aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis leonem & draconem. Psalmo quoq; centesimo tertio. Draco iste quem formasti ad illudendũ ei, & pluribus aliis in locis, Serpentem autem reum deus subscribẽte Mosi Alcimo sic notauit, Tu coluber cuius peccauit fœmina fraude. Erroris q; uirum consortem reddidit ipso. Propter utrunq; reus pendens quod fecit uterq;.

Nec tibi ſublimi cōſtabit corpore uertex.Callida ſed pronus per terram
corpora uoluens.Vtq; fuga trepido ſinuoſa uolumina currant,Nō greſ
ſus ſed lapſus erit teq; ipſe ſequeris.Flexibus & ſpiras uiuentia uincula ne
ctent.Tum pro perſuaſam miſerorū cordibus eſcam.Tellurē captans,pa
ſtu ueſceris inani.Menſibus & certis ſupero depulſus ab orbe, Incluſ⁹ ter
ris communi ſole carebis.Inter cuncta replent quę nunc animantia mun
dum,Auctor mortis eris fies grauis omnibus horror. Præcipue infœlix
mulier cum prole futura.Sic inimicitias odio currente reponat. Semina
ſeminibus mandent ut uota nocendi,Inſiſtēs ſemper pauidę ſectabere cal
cem.Conterat illa caput uictoremq; ultima uincat,Hęc auitus in de ſentē
tia dei.Et aduerſarius quidē draco dicit̄ & ſerpens ob molitiones eius flex
uoſas,obliquas & tortas,opertaſq; inſidias,Hinc Prudentius.O tortuoſe
ſerpens qui mille p męādros fraudeſq; flexuoſas agitas qeta corda,diſce
de &c.Cœtus aūt ob inexplebilē uoraginē & ut naues in mari ubi cœt⁹
eſt maximū earū periculū pertranſeunt,ita & nos in hoc mundo ubi dra
co iſte magnus habitat pertranſimus.Aſpis aūt eſt dum uirus inſanabile
infundit,dum princeps ſuperbiæ & ſummus dæmonū tyrannus plus cę
teris prauitatis habens baſiliſcus,Leo quoq;, nihil em̄ magis furens,nihil
Viroſus ſeuius ferociuſq; dæmone deglutiente animas. Viroſo. uenenoſo,pri
ma extenſa,uiroſam aūt mulierē dicimus q̄ uiri appetens eſt,ſicut mulie
roſus uir mulieris appetens,tunc aūt primā corripit. Cum uelut. com
Leæna paratio. Leæna. Dionyſio auctore ualidiſſimū ferociſſimūq; animal
ſemel in uita unum parit,Nam una cum fœtu uterū emittit,cui⁹ rei cau
ſa hæc eſt,ꝙ catulus leoninus ubi moueri in utero incipit,cum habeat un
gues longe acutiſſimos ex omībus feris uterū lacerat,augeſcenſq; magis
ac magis ungues imprimendo exulcerat,ita ut ad poſtremū dum partus
adeſt nihil uteri relinquatur incolume, Ingluuies. huius uerbi copioſe
ſignificatus retuli in tumultuaria progymnaſmatum ſcænicorū Capnio
nis explanatione mea. Armenta. Inquit Feſtus armentū id genus pe
coris dicitur,quod eſt idoneū ad opus armorum,ut ſunt equi & boues.
Secius. quidā a ſecus,alii a ſero deriuant,unde qn̄q; ſumitur pro poſi
Eximo tiuo,qn̄q; pro minus uel tardius. Eripiat. auferat,eximat,liberet,q̄q;
ſecundū iuriſconſultū eripere & eximere hoc inter ſe diſtent,q̄d eximen
di uerbū generale eſt,ſignificat nanq; quoquo modo auferre, Eripere aūt
de manibus auferre per raptum. Quo. id eſt quanto magis,& ſenſus
eſt.Hoc magis chriſtus mirificis ſignis paſſionis ſuæ memoriam in homi
num cordibus reparat,quo magis in eis extincta eſt & refriguit charitas,
& profecto ſigna quidem multa terrifica & perhorrenda,pauci autē illa
percipiunt corde.Pauciores uero ſunt qui deum orent ut percipiant.

Propterea Aſſyſius nimio calefactus amore
Rettulit effoſſis flammantia ſtigmata membris

Franciſcus, pauper terris, ditiſſimus aulæ
Principis ætherii, perrari ſignifer æqui
Alter ab empyreis defluxit ſedibus almæ
Virtutis cuſtos, fidei ſeruator iberus
Vtrinq; innumeræ uaria ſub ueſte cateruæ
Conſcendere polos fremuit perterritus orcus
Nec non & ſiculus flammas emiſit, & ille
Conſpicuus ſignis picenæ gloria gentis
Olim fœminei ſexus & tuſcus & umber
Monſtrauere fidem, & geſtata inſignia, nec non
Sulphurea nar albus aqua priſcumq; reate
Quid referam ſanctos monitus præconia crebra
Sacrorum uatum non exaudita prophanis?
Sed quæ inuiſa malis nuper demiſerit audi
Dum ſol obliquum biſſenis partibus orbem
Supra quindecies centum numeraſſet ab ortu
Virginei partus primæ trieteridis annum
Poſtremum uoluens, labuntur myſtica cœlo
Res comperta mihi uos aſpirate canenti

Propterea Aſſyſius. lego Æſſiſius ex auctoritate & monumentis illuſtris auctoris noſtri, qui ſuper hoc uerſu ſuo Suauior æſſiſio cui celſo mõtis auernæ &c. ita comentatus eſt. Suauior quoq; Franciſco Æſſiſio uiro, q̊d nunc aſyſium dicimus, placuit nõnullis aſim apud Propertiũ dici aſſium. Deſyderius rex in decreto citat æſin ex Ptolemęo, legit Hermolaus & eius populũ æſinates legi debere ſcribit, quẽ æſinates nullo diphthõgo ſcriptum repererat. Sed ẽm legi apud Straboñe urbem æſion, nõ aũt æſin ita enim ille καὶ ἄισιον καὶ καμερτῆ hoc eſt & æſion & camerte, & apud ipſum Ptolemæũ quanq̃ lego hoc uerbũ ἄισισ, lego & hoc aliud ἀισισιον ϛ καμέριμον lego item apud antiquũ illum Catonẽ in libro de originibus æſiſion & hyſpellon & fulginæũ, eſſe aũt uicinum æſiſio & Fulginęũ & hyſpellum nemo neſcit, Nã & adhuc ipſa retinent nomĩa, quare & Catonis & Ptolemęi auctoritate æſiſion dicimus, & Franciſcũ uirum ęſiſiũ, qua figura & arcadũ qui ex arcadia. Populũ aũt æſiſinatem lego ex antiquiſſimo marmore non æſinatẽ. Franciſcus. Iohannes prius ut ferũt

a matre,poftea uero a patre Francifcus uocatus,quod quidē paternę uocationis nomen retinuit,hic Francifcus fi Bergomeñ.chronicario credendum eft,fuit Iohannis boni Mantuani heremitæ difcipulus. Stigmata clauorum fcilicet quę cœperunt apparere tam in manibus q̄ pedibus rotunda & nigra,ipfa uero acumina oblonga,retorta,& repercuffa quę de ipfa carne furgentia carnē reliquam excedebāt,ut eft fufius legere in uita eius.

Stigma

Stigma nota eft feu fignū quæ inurunt a στίζω pungo,quę Plinius deleri ait columbino fimo. Hinc ftigmaticos nocentes & infames qui notæ aliqua adufti funt dictos uolunt,qui & ftigmatię. Pauper. multi fpōte fua paupertatem funt fecuti,fed qui Francifco arctius fuerit eam complexus,diligentius fouerit,fuit (ut uidere eft)nemo,qui inuito & reclamante patre conuitiaq́ ingerente inopiam diuitiis prætulit,diuites & lautos afpernatus in mendicis effe uoluit,laudis loco ponere ꝙ pauper effet,ignominię & probro fibi ipfi daturus fi pauperiorem fe nactus effet quēq̄ aut mēdiciorem,per quę merito confecutus eft,ut pauperū fit pater dict⁹ quū ferui nomen libentius ufurparet,Fœlix paupertas quæ unius ductu tantū profecit,ut in hac uita qua uiuimus pene plures fint,qui eam fponte colant q̄ diuitias mirentur. Ditiffimus aula principis ætherii cuius hęc funt uerba,Omnis qui reliquerit domū uel fratres uel forores aut patrem aut matrem,aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet & uitam æternam poffidebit, Q₂ ut faceremus nos alibi cohortatus,Thefaurizate inquit uobis thefauros in cœlo,ubi nec erugo nec tinea demolitur,& ubi fures non effodiunt nec furātur. Et reuera paupertas ad bene beateq́ uiuendū multo aptior q̄ largę & affluentes diuitiæ,ut & ipfe uitæ ufus facile demonftrat,& fapientium uirorum documenta,qui neq́ habuerunt quicquā neq́ habere uoluerunt. Iberus.

Dominic⁹

fanctus Dominicus fignificatur,is enim gn̄e hifpanus.Iberus fluuius eft hifpaniæ.Fuit Dominicus uir & fanctitate & doctrina admodū infignis a Gregorio nono miraculis id efflagitantibus in fanctorum numerū relatus eft.Huius mater pregnans magno mentis prę fagio per quietem uidiffe fertur parere fe catulum incenfam facem ore circumferentem,quo omnes incendio terræ cōflagrarent,nec defuit nocturno uifo euētus,orta eft ex illo ingens familia,quæ diuina prædicatione terrarū partem multo maximam inflammauit. Almæ uirtutis. ceu heroicę,quā ut cēfet Ariftoteles philofophorum omniū folertiffimus ueluti optimam uirtutū attingere difficile eft,quanq̄ diuina bonitas eo loco & tempore heroum diuorumq́ eximias uirtutes fecit clarefcere,quo immanes & feri fuam exercuerunt beftialitatem,ut horum immanitates illorum excellenti bonitate retunderentur, Varia fub uefte. Feruntcum Dominicus canonicus prius regularis duodecim fratribus afcitis predicatorum religionem incredibili feruore fundaffet,a deipera uirgine habitum fufcepiffe.Franci

ſcum uero auro argento ſaculo,pera,calceamento,tunicis & omĩbus ter-
renis abiectis tunicam incultam & contemptibilem fune præcinctam in-
duiſſe,De uarietate & diſtinctione ueſtium cœnobitarũ tam formę ꝙ co
loris etiam alicubi Picus noſter ſic ſcribit,Quãdo etiam ab eis qui cœno
biis addicti ſunt,ſi recte conſyderes omnes præter uiridem colores recep
tos uideris,& curioſius ut multis uidetur ꝙ oportuit propagatos. Siqui- De ueſtib⁹
dem qui ſub diuo Benedicto monachi albis alii nigris alii ferrugineis nõ
nulli coloribus utuntur,& cõtentio fuerit, quidnam fieri deberet, quoue
uſus eſſet inſtitutor,cum tamẽ notum ſit illum dixiſſe,Nolle ut monachi
de colore cauſarentur,quoniã habitus monachum minime conſtitueret,
inter Auguſtini ſectatores regulares ab eremitis diſſenſere de habitu,quo
ad xiſtus noſtra memoria prohibuerint decernens, quo habitu Auguſti
nus prȩter eum qui epiſcopo debetur uſus fuerit,nec ex re,nec in prõptu
eſſe ut decerneretur.Diuus quoq; Franciſcus nullum exacte colorem ſe-
ctatoribus oſtendit,modo groſſiora & uiliora induerent cõtentus,Proba
ri aũt maxime debet qui non modo caſta & mediocria, ſed etiã humilio
ra ſibi aſciſcit. Aliquanto quã dignitas toleret, nec eñ apud gẽtes maius
decus ſibi conciliauit dictator cæſar inſigni cultu ꝙ mediocri & gregario
dux Hannibal & rex Ageſilaus,chriſtianis uero tãto id magis curandũ,
ꝙ põpa & uanitas ab eis exulare perpetuo debẽt. Veſtis aũt ut Varro ſũ
mus linguæ romanæ auctor decernit a uellere dicta eſt,a uelando alii di-
ctam maluerunt,alterutrum mauis, nec ſacris quidem literis conuenire Orcus
quicquam magis poteſt,quæ ut uelaretur homo ueſtem de pelle factam Fremere
prodiderunt. Orcus. infernus,ab arcendo ut aliqui uolunt dictus,
quanquã alii putant ab Orco Moloſſorum rege turpiſſimo. Fremuit.
tumultuatus eſt,furiit.Fremere cum furore uociferare,eſt magnum ſona
re.Frendere uero eſt dẽtem dentibus iraſcendo quatere,per metaphoram
orcum hoc eſt infernum & tenebrarum principes fremuiſſe dicit,propter Benedictus
iram & inuidiam humani generis beneficio chriſti ſaluati,& cœli eidem
reſerati,quod priuſquam pateretur ſaluator clauſum extitit. Siculus.
diuum Benedictum ut mihi uidetur ſignificat,tamet ſi non ignorem ſe-
cundum quoſdam Vmbrum fuiſſe,qui monachorum omnium pater &
p̄cipuus regulator fuit uir ſanctus ſupra cæteras peculiares uirtutes pro
phetico ſpiritu plurimum illuſtratus, quo multa futura & occulta cog- Sicilia
nouit.Eius uiri ſancti uitam inſignem & miraculis claram beatus Grego
rius conſcripſit dialogis ſuis, Sicilia,a Siculo Neptuni filio,ꝙ eam inha
bitarit nomen cœpiſſe Solinus refert,quæ auctore Iuſtino anguſtis quon
dam faucibus italiæ adheſit,direptaq; eſt a corpore maiore impetu ſupe-
rioris maris.Vnde Virgilius.Hæc loca ui quõdam & uaſta conuulſa ru
ina,Tãtum ęui longinqua ualet mutare uetuſtas,Diſſiluiſſe ferunt,quum
protinus utraq; tellus,una foret. Ambitus huius inſulæ ſecundum Dio-
dorum claudit ſtadiorum quattuor millium trecentorum & ſexaginta.

Secundū uero Solinū tribus millibus tm̄,hæc a poetis trinacria dicta fuit,
eo ꝙ triangularia sit,& in singulis angulis tria promontoria habere dica
tur,Stephanus aūt a similitudine quadā.Sibyllæ quoqꝫ auctoritas nomē
Trinacria insulæ a Trinacro heroe Neptuni filio deduxit,Trinomiā quoqꝫ ipsā uo
cauit Callimachus,triglochinā Orpheus crotoniota,Thucydides aūt eā
primū trinacriā dictā uoluit,mox sicaniā a sicanis cultoribus,qui & iberi
fuissent oriundi a flumine sicano,Sed postq̄ siculi ex italia in eam insulam
iuere uictis sicanis siciliam nominatā. Cæterū græci sicelia non sicilia di
cunt,& Virgilius a græca uoce traxit patronymicū sicelides. Et ille
Nicolaus quē uulgo de Tollentino appellitant,cuius quidē sanctitas an
teq̄ conciperet̄ & oraculo & nocturno uisu est parentibus rep̄sentata. Hi
de futura sobole oraculo quodā instructi uoti causa Bariū profecti sunt,
ubi quū ad diui (qui religiose illic colitur) conditoriū uenerabūdi diutius
iacuissent,casu an potius prouidentia dubiū somno succubuere. Hic ino
pinato monitu instructi p̄ceptā multo ante spem prolis augent,auctam
uotis & solenni p̄catione sibi ratā despōdent,neqꝫ preces incassum missæ
oīa maiora sanctioraqꝫ secuta,q̄ mens hominū sperare ausa esset,ut ex
non sanctis sanctus nasceretur. Picenæ. anconitanę.Picenum regio est
italiæ quę hodie marchia anconitana dicit̄,ex cuius oppido quod sancti
angeli uocatū est sub Firmana ciuitate hic diuus Nicolaus ortus est,ua
riis miraculis clarus,quare dixit cōspicuꝰ signis, A piceno picenus posses
Olim siuum,picens gentile hinc picentinus. Olim. hæc particula ut grāmati
ci annotauerūt interdū habet significationē p̄teriti pn̄tis & futuri,exem
Sexus pla notissima. Sexus secundū Priscianū hic sexus dicitur,q̄uis Plautus
in rudente hoc sexus sexi neutro genere protulit,Virile sexus nunq̄ullum
habui.Per tuscum aūt & umbrū generis fœminei diuas intelligo Catha
rinam Senensem & Claram Æsisinatē seu Æsisiam.Senę em̄ est ciuitas Tu
scię quę & Etruria & Thyrrena,quę quidē italię nobilissima regio in prę
sentiarū cantatissimas habet has ciuitates Perusiū,Cornetū olim coritū.
Virgi.Coritū terrasqꝫ require ausonias.Volaterrā.Pisas.Lucam.Sarza
nam.Pistoriū.Aretiū.Senas.Massam.Florentiā. Scribit Strabo ꝙ Hetru
riæ fines ad Tybridis ripam extendunt̄,fuere aūt ut ex priscis auctoribus
& poetis accipimus,& aliæ nō ignobiles huius inclytę regionis ciuitates
iam solo equatæ,Luna scilicet quod secundū Pliniū portu nobile fuit,pri
mum Hetruriæ oppidū a ligusticis finibus.item Populonia. Clusium.Fa
leria & alię.Quantis uero signis claruerit Catharina illa tusca & Senēsis
pius lector eius uitam conscriptā legens ab Antonio archiepiscopo Florē
tino intelliget,qui & diuæ Claræ acta moresqꝫ & miracula cōplexus est.
Fuit aūt hæc diuo Francisco cōpatriota in terris ut modo in cœlis,Æsisiū
de quo paulo ante oppidū est.Vmbrię regionis etiam italię non ignobilis,
dicta ꝙ hymbribus superfuerit Hetruriæ contermina,hodie ducatū spo
letanum uocāt,Huius fines habent̄ a tyberis fonte usqꝫ ad Anienis fluuii

finiſtram ripam, quã tybrim illabitur. Eius regionis urbes inſignes hodie ferũt ſpoletũ toti⁹ regionis caput, romana colonia, Nurzia ciuitas uetuſta, patria diui Benedicti p̃dicti, reate, de qua mox, Meuania ex quo oppido Sex. Aurelius. Propertius oriundus, ut ipſe auctor copioſe teſtat̃, quo loco Vmbriã romani Callimachi uocat. ut noſtris tumefacta ſuperbiat umbria libris, Vmbria romani patria Callimachi. Ameria uetuſtiſſima tifernum, nunc caſtelli ciuitas dicta Hyſpellũ, nuceria, fulginæũ, æſiſium ornata & ipſo Frãciſco & Clara ſanctitate & miraculis inſignibus, Interamne, tudertum, narnia, ceretũ. Cæterũ illuſtris auctor noſter meminit ſe in corde Claræ uirginis quę in monte falcone oppido ſita eſt, in quo & ego fui cum pientiſſimo antiſtite patre noſtro epiſcopo Tergeſtino, dño Petro Bonomo euidenter ſpectaſſe imaginẽ crucifixi. Monſtrauere fidem. confirmauere, geſtis, actis, miraculis, ſanctimonia, Nam & nõ parum ipſa miracula naturæ uires ſuperantia a chriſto primũ & apoſtolis tum prædictis & aliis ſanctis perpetrata, quæ niſi aut deus, aut dei uirtute fultus homo potuit operari fidei noſtræ ueritatẽ impenſiſſime aſtruunt. Magna fide opus eſt in naturæ operibus credendis, ſed diuinitatis cuius natura miniſtra eſt multo adhuc maiore. Eſt fides piæ opinionis filia, religionis mater, qua ſublata nihil homini relinquit̃ cur cœlũ ſpectet amplius, cur plus ſape dici poſſit, q̃ mutũ animal. Eſt homo uelut infrenis equ⁹ ſine fide & religione, atq; eo deterior, quo & natura contumacior q̃ equi, & in uitium multo propenſior. De fide theologica.

Nar. Sabinorũ fluuius e fiſcello monte defluens, aquis ſulphureis miſcet̃, & iuxta Narniã oppidũ præterit & in tyberim labitur. Nar

Priſcũq; reate. quod eſt in Sabinis oppidũ cœlicolum matri dicatũ ut inquit Silius. Tradit M. Varro italiæ umbilicũ eſſe in agro reatino, Aſinos reatinos a generoſitate celeberrimi ſcriptores laudauerunt. Ex hoc oppido oriunda eſt familia flauia, quę dedit romanę reipublicæ imperatores duos primos optimos. nouiſſimũ aũt flagicioſum.

Sacrorum uatũ. prophetarũ. Nam apud noſtros uates aliq̃n prophetarum ſumunt̃ loco, Vnde illud de Iohanne Baptiſta in hymno canit eccleſia. Maxime uatũ. Plato in Thimęo prophetarũ meminit, eos docẽs iudices eſſe uaticiniorũ diuinorũ, Nec uates eos proprie uocãdos, uerũ interpretes illorũ eſſe, qui ſcilicet furore diuinant, Vates aũt non furentes, ſed interp̃tes auguriorũ & ſomniorũ Curtius appellat, Vates

Obliquũ orbem. circulũ, qui & zodiacus dicitur ab animaliũ ſimulacris, quę ibi confinxit uetuſtas. Hic circulus ab Ariſtotele & ſcriptoribus obliquus appellat̃, q̃a interſecat æquinoctialẽ, a quo & ipſe interſecatur. Vna quidẽ eius medietas declinat in ſeptentrionẽ uerſus, altera in auſtrũ. Sol aũt per zodiacum currens, neq; ſurſum ultra cancrũ, neq; ultra capricornũ deorſũ meat, ſed cum ad tropicorũ confinia uenerit, mox reuertitur, & ob id ipſi tropici termini uię ſolis dicũtur. Sunt aũt duo ut & hic obiter notemus, prior æſtiu⁹ qui eſt circulus a ſole initiũ cancri tenente ad motũ primi mobilis deſcri

ptus ad motũ primi mobilis,& hic tropicus brumę & circulus ſolſticii hy
emalis dicitur,quod ſol illuc progreſſus iterũ aſcẽdat. Eorum medius eſt
ęquinoctialis circul⁹,qui ab utroq; ęque diſtat tribus ſignis ſiue nonagin
ta gradibus,Nam a tropico æſtiuo diſtat ariete,tauro & geminis,a tropi
co aũt hyberno itidem tribus,cãcro,leone & uirgine.Hinc circulus æ qui
noctialis medius tropicorũ locus dicit̃,Cęterũ interp̃tãt̃ circulũ zodiacũ
animalem,græce em̃ ζῶα animalia dicuntur. Atq; hunc obliquis circũ
dare flexibus orbem,Iuſſerat ille hominũ diuũq; æterna poteſtas, Quo
uariæ rerum ſpecies,quo tẽpora rebus. Certa forent,obſtringat hyems,
uer ſtricta relaxet,Cõcoquat autumnus quod & ante coegerat æſtas.Põ
tanus. Biſſenis partibus. Elegantius & carmini aptius geminato nu-
mero minori maior exprimitur. Virgilius. Aſpice biſſenos lętantes agmi
ne cygnos,& Põtanus de hoc eodem circulo biſſenas patet in partes &c.
Partibus. figuris,ſignis,animalium ſimulacris,Nomina aũt animaliũ
duodecim quæ dicunt ex aſtris eſſe in cœlo,ex aduerſo motum habẽtia
ſoli & lunæ & aliis quinq; planetis,his una cum eorũ ordine continentur
Nõia ſigno uerſiculis, Sũt aries.taur⁹,gemini.cancer.leo.uirgo.libraq;.ſcorpius.arci
rũ cœleſtiũ tenens.caper.amphora.piſces, Quorũ naturam uim poteſtatẽ & domi
nium ex bonis auctoribus in progymnaſmatis Reuchlinianis tertio ab
hoc menſe annotaui. Verum quõ accipiendum ſit apud Varrorẽ limbus
xii.ſignorũ,& unde cœlum & mundus dicantur Crinitũ poſt Pliniũ,Gel
lium,Macrobium lectori relinquo.Cæterũ ſol ſingulum q̊dq; uno mẽſe
conficit & duodecim menſibus duodecim animalia percurrit.Luna autẽ
unoquoq; menſe duodecim ſigna percurrit,cum ſit infima,illa etiam ve
locius conficiẽs,ut em̃ ſi feceris orbiculũ intra alterum orbem,orbiculus
qui internus eſt minor cõperitur.ſic & curſus lunæ cũ ipſa ſit inferior,mi
nor eſt & abſoluitur citius, Poſtremum. tertium ſcilicet annũ poſt M.
& D. Trieteridis. trieteris trieteridos ſpaciũ trium annorũ,unde triete
ricus,a,um,triennalis triennale a τρεῖοσ κὰὶ ἔτος annus. Hinc trieterica
appellata ſunt ſacra Bacchi,quia triennalia.

Eſt regio europæ gelido ſubiecta trioni
Bellaces habitant populi,quos romula pubes
Vix domuit,toto quamuis dominarier orbe
Cœperit,& latium iam formidaret Araxes
Armenius tybrim,pharium & pepuliſſet anubim
Itala proiectos aluit,quæ belua fratres
Illinc miſſa uadis ingentia robora uoluit
Atq; ſub aëriis perlabitur alpibus ænus

Ænus cæſareis ardentia ligna caminis
Ducturus, uaſto populus dum Sbocius antro
Effoſſum uarios argentum promit in uſus
Hac rhenus liquidi deuoluit fluminis undam
Gallica germanis, qui ſeparat arua colonis
Romani toties expertus militis arma
Ingentes paruo tybri ſupponere lymphas
Pertulit, & latiam uectare per æquora puppim
Oceani bifido percellens uortice fluctus

Eſt regio. Sunt qui opinantur regionem a regno dictam, ꝙ ſit mag Regio
nitudine regni. Sed Plinius cum italiam in plures regiones diuidat, oſten
dit hoc nõ obſeruari, nam & Tranquillus refert diuiſam fuiſſe urbem in
regiones & uicos. Europæ. diuidunt pene omnes terrã habitabilem Europa
uniuerſam in partes tris, quarum una Europa dicitur, quã nos incolim⁹,
aliam nuncupant Africam & Libyã. Tertiæ nomen Aſiæ fecerunt, quas
illuſtris auctor noſter in commentariis latiſſime deſcribit. Trioni. ſcri Triones
bit Varro triones ruſticorum uocabulo boues uocari, quaſi teriones hoc
eſt arandæ terræ & colendæ idonei, Notum eſt aũt mundum in quattu
or partes diſtingui in orientem, occidentem, meridiem & ſeptentrionem,
Regionem noſtram ideo ſubiectam ſeptentrioni uolunt, ꝙ eidem cœli
ſuppoſita ſit parti, qua collocatæ ſint ſeptem illæ ſtellæ, plauſtrum cũ bo
bus effigiantes quæ ſeptentriones dicuntur, Bellaces populi. teutoni
germani, alibi. Bellax Rypheo germania proxima cœlo, Eſt em̃ epithetũ
regioni conueniens. Nanqꝫ in regionibus refrigeratis poſitiſqꝫ ſub ſepten
trionibus ut clariſſimi ſcriptores oſtendunt homines gignuntur corpori
bus grandioribus & ſanguine copioſo, propterea ꝙ. ex rigenti cœlo ro
ſcidus aer fundens in corpora humorem efficit ampliores corporaturas,
ſanguiniſqꝫ abundantiam. Ex quo fit ut imperterriti ſint, metu mortis ne
glecto, habeantqꝫ ingenia cœlo ſuo ſimilima. Hinc Lucanus cecinit. Oĩs
in arctois populus quicunqꝫ pruinis, Naſcitur indomitus bellis & mortis
amator, Et Seneca quoqꝫ nominat germanos auidam belli gentem, Stra
bo prodit Cymbricas mulieres captiuos iugulare, & ex ipſo uulnere di
uinare. Meminit etiam auunculus meus armaturæ germanicarum muli
erum in epitoma de rebus germanicis. qui ſimiliter refert, cũ tanta fuiſſet
germanorum uictoria, tanta eorum clades qui germaniam armis petie
runt, natũ fuiſſe inter finitimos prouerbium. Male qui uelit pugnare cũ
germanis pugnet.

Habitant. Seruius probat accusandi casui iungi debere uerbũ habito q̄m frequentatiuũ est,& habeo rem dicimus,unde & habito rem conuenit, Dominarier. paragoge δεσπόζω id est dominor apud grecos gt̃m poscit,apud nos uero interdũ gtõ interdũ dtõ iunctũ cõperias,ut & dominabunt̃ eorum iusti in matutino,& alibi tu dominaris potestati maris.

Araxes. Armeniã & Mediã minorẽ terminat,& in mare caspiũ egreditur. Armenius. maior est & minor Armenia.Est aũt ad septentrionem de qua apud Ptolemeũ & Strabonẽ. Tybrim. tyberis Plinius tybris appellatus & prius albula, e media fere longitudine Apœnini finibus aretinorũ profluit tenuis primo,& quę cõsequunt̃ libro tertio capite quinto,Hic fluuius pluribus auget̃ amnibus,partimq; per Hetruriã excurrit,deinceps ipsam disterminans primũ ab illa diuidit vmbriã, postea sabinos & latinos Romæ ad littus usq; finitimos.Cętera apud Strabonẽ & Dionysiũ. Latium. Plinius latiũ antiquũ,cuius tybris fluuius est,ab eo circeos usq; producit,deinde ad lyrim usq; fluuium Minturnensium processisse scribit. Belua. lupa scilicet. Proiectos. expositos. Fratres Romulũ & Remũ qui pueri sub ficu inuenti sunt una cum lupa præbente infantibus rumen id est mammã,ut est apud Lactantiũ,& copiosius quidem apud Luciũ Florũ, Phariũ. ægyptiũ. Anubim. Erat anubis celebre apud ægyptios numen,& eius simulacrũ canino capite fingebatur Anubis ut refert Diodorus filius Osyridis fuit,cui q̄m canis imago insigne fuerat,ea propter cani ęgyptii uenerati sunt,& ipsum anubim sub specie canis coluerunt.Anubim aũt pro Mercurio sumebant,quia nihil cane sagacius,qua de re Seruius. Illinc missa uadis. celebratiores teutonici soli fluuios nominat. Aenus. fluuius a norico uindeliciam disterminat, alii sic scribunt enos,sed primũ usu receptũ magis comprobandũ, Aeriis, summis,altissimis,in aera protensis. Alpibus. montibus qui italiam a germania submouent,horũ montiũ difficultatẽ Liuius describit, Dictæ aũt sunt a cãdore quia perpetuis fere niuibus albescũt,Vñ Strabo alpes alio noĩe scribit albiũ uocari,q̃d nos albũ græci ἄλφον dicunt,greci scriptores ab Alpide ibi interfecto dictas putant,aut a multitudine albæ niuis,aut ab alto alpes,quia sunt eminentes. Robora. species quercus robur durissimę μεταφορικῶσ pro animi fortitudine desumitur,tum pro omniũ rerũ firmitate,unde Seruius dicit,omne q̃d forte est robur uocamus, Ligna. Vlpianus ligni appellatio nomen generale est,sed sic separatur,ut sit aliquid materia,aliquid lignũ,materia est quę ad ædificãdum fulciendũq; necessaria est,lignũ quicquid comburendi causa paratũ est,tametsi nondum minutatim sit concisum si iam ad concidendũ fuerit destinatũ,Ideo lignis legatis q̃d comburendi causa paratũ est continet̃.siue ad balnei calefactionẽ,dietarũ ,hypocaustorum ,siue ad calcẽ,siue ad aliam rem coquendã solebat uti,Lignorũ appellatione in quibusdã regionibus,ut in ęgypto ubi arundine pro ligno utunt̃,& arundines & papyrum cõburũt,& herbulæ quędã uel spinæ cõtinebunt̃.ff.de legatis tertio.

Latium

Anubis

Aenus

Caminis. fornacibus,sed proprie caminus structura quę extra parie tem porrecta,uel in ipso pariete producta fumū excipit,& acceptū emittit per spiramenta,quæ supra tegulas elata meridiem uersus et septentrionem relinquenda sunt,ita fumus facilius erumpens loca non denigrabit Populus Sbocius. quē germani Svuatiū siue Svuatzensem uocam⁹, mutauit aūt geminatū vv in b italo more,quibus incognita & parū recepta est litera vv & ipsum a in o lenioris meliorisq̧ soni gratia. Varios usus. Est em̄ popportunū ad usum communē & ciuilē uitā,ad cōmertia hominū resq̧ mutuo contrahendas.Et Aristoteles probat usum pecunię necessario inuentū,quē tum demū execratur,damnat,accusat,cum peruertitur,ut quando neglecta naturali cōmutatione,cuius gratia nummi usus inductus fuit transfertur ad fœneratione seu usurā,hoc est nūmorū quandā fœturā,quem quidē acquirendi modū maxime pręter naturam censet Aristoteles,& reuera monstro simile uidetur ut nūmus nūmo pariat,de quo & romanus Egidius non parū multa. Rhenus. de cuius origine paulo post dicemus,hic separat,diuidit:a germanis colonis a germania. Gallica arua. gallias,quarū unā incolūt Belgę,aliam aquitani tertiā qui ipsorū lingua celtæ nostra Galli appellant,Belgæ ab extremis galliæ finibus oriunt,pertinent ad inferiorē partē fluminis rheni,spectāt in septētrionē & orientē solem.Aquitania a garūna flumine ad pyrenęos montes,& eam partē Oceani quæ ad Hispaniā pertinet spectat,inter occasum solis & septentrionē.Pars uero quā galli obtinent initium capit a flumine rhodano,continetq̧ garunna flumine.Oceanū finibus belgarum attingit,etiam a Sequanis & Heluetiis flumen rhenū uergit ad septentrionem,cætera in Iulio cæsare unde hæc deprompsimus diligens lector exequetur. Romani militis, Compertū habemus auctoribus Cęsare Suetonio.Floro,aliis,sępe ac sæpe romanos rheno quęsisse bellū,& ipsum cæsarem bis ponte rhenū connexisse. Lymphas. aquas,hinc lymphatum nō q̄d aqua dilutū significat,sed a scriptoribus lymphati solent pro phanaticis,laruatis & insanientibus accipi,quod uulgo creditum fuit, ut quicunq̧ nymphā a qua uoce lympha immutata litera dicta est,uidisset, furendi finem non faceret, Æquora. Non solū de mari ęquor sed & fluuio dicitur.Virgi.Viridesq̧ secant placido æquore syluas.Sunt qui putāt appellatū ęquor ab æquo id est plano,quod & M.Tullio uidet,alii ab aqua nomen deducūt,alii ꝙ superficies eius æqualis sit,quia licet aquę fluctuantes uelut montes erigant,sedatis rursum tempestatibus adęquant, hinc dicimus æquora campi & ęquora ponti,sed & pro aere acceptū inuenies.Virgilius.Aspice bissenos uolitantes ęquore pisces,attamen pro ipso mari frequenter usurpant. Oceani. Mare oceanū q̄d uniuersum terrarum ambit,& mediū scindit,dictum scribente Theone & magno etymologico,uel quia ὠκέως ναίει id est celeriter fluit,uel quia celeriter expedit, aut ꝙ celeriter fertur, Dicitur aūt comes lunæ,ꝙ cum ea simul senescit,

Gallia

Lympha

Æquor

adoleſcitq́ incremento ſuo hunc ordinē ſeruat, Primo naſcentis lunę die fit copioſior æſt⁹ ſolito, minuit̄ pauliſper ſecūdo, minorē q́ uidet eū terti⁹ q̄ ſecundus, & ita decreſcendo ad diem ſeptimū peruenit, rurſus octauus dies manet ſeptimo par, & nonus fit ſimilis tertio, decimus quinto, & un decimus fit quarto par, tertio quoq́ duodecimus, & tertius decimus fit ſimilis ſecundo, quartus decimus primo. Tertia uero hebdomas eadē facit, q̄ prima, quarta eadē quæ ſecūda, excitat̄ aūt bis in die ſemp xii. horarum ſpacio, luna uero creſcente maiores fiunt, ut refert Cæſar in commētariis, Plinius ſenior etiā in ſole cauſā æſtus ponit, De hac re Curtius. Strabo. Cenſorinus. Philoſtratus, Mela, Pontanus. Bifido uortice. bino hoſtio. In hoc quidē maiorū auctoritatē Plinii. Melę aliorū ſecutus potius q̄ rem ipſam, nam rhenus trifido effūditur hoſtio, quod & Cęſar ipſe parū aduertit. Teſtis eſt Sebaſtianus Sperantius cęſaris a ſecretis, cuius in rebus principalibus obeundis dexteritatē, prudentiā, eruditionē, reliquaſq́ animi ſui p̄cellentes dotes cæſar noſter ſapientiſſimus qui ſuos nouit ut principis eſt uirtus maxima noſſe ſuos cæſarea charitate regiaq́ munificētia complectitur. Vortex eſt Quintiliano auctore cōtorta in ſe aqua, uel q̄cquid aliud ſimiliter uertitur, dixit aūt uortice more priſcorū qui hanc uocē per o literā pronūciabāt, quā poſtea africanū per e ferunt enunciaſſe.

Hinc & Danubius non magnas deuehit undas
Montibus Arbonæ uix fuſus, plurima nondum
Flumina ſurripuit nondumq́ binomius, ingens
Alluit elyſios arioſq́ & pæonis oram
Et lygios, tandem rapto tumefactus aquarum
Euxinum ingreditur bis terno gurgite pontum
Extremumq́ caput limoſa perdit in ulua

Danubius — Hinc & danubius. & danubium dicitur, Saluſtius. Nomenq́ danubiū habet. Montibus arbonæ, Nam Tacito referente danubius molli ac clementer edito montis arbonæ iugo effuſus plures populos adit. Hunc maximum fluuiorū Europæ cenſet Philoſtratus aquarum regnatorem & primum poſt Nilum Auſoni⁹ decantat. Binomius. nam altero nomine ubi illyricū attigit iſter appellatur, qui & olim ſi Stephano credim⁹ Matoas. Plurima flumina. q̄m ut multi ſcriptum reliquerunt ſexaginta amnibus acceptis tādem in mare inuoluitur, Ingens. multis aliis infuſis fluminibus conualeſcens. Alluit. Enumerat aliquos populos q̄s danubius alluit, qui multas ac uarias nationes irrigat, quouſq́ ad hoſtiū peruenerit Mæotidis paludis, Nam germanos primū perlabens, Sarmatas deinde ſecat, tum uero Getas ac Baſtarnas inundans, qui ad Oceanum ſunt uerſi, dacis facultatem adauget, neq́ minus Alanos & Cauros præ-

Fons danubii

terfluens omnibus nauigandi facultatem præstat. Elysios. Nomen Elysii
lygiorum in plures ciuitates diffusum ualentissimas nominasse sufficiet,
Arios. Helueconas, Manimos. Elysios, Nahauarnalas ex Tacito, apud
quem latius est legere. Pæonis oram. quæ inter illyrion & Thraciam Pęonis ora
sita, cui regioni nomen dedisse Pæonem Endymionis filiū proditur apud
Pausaniam, Lygios. populos Hungariæ quorum Cæsar nō sed Ta
citus meminit, proximos eos scribens Hermonduris & Cattis. Tume-
factus. immenso aquarum scilicet auctu, quę in eum influunt & ingen
tem reddunt. Bis terno gurgite. de ostiis aliqua dissensio, Nam Ta Hostia da
cito referente in ponticum mare sex meatibus erumpit, septimum em̄ os nubii
paludibus hauritur, Dionysius aūt cum Strabone conueniens ex auctori
tate Ephori memorat istrum quinq; hostiis se exonerare. Mela totidem
quot Nilus ostiis sed tribus tenuibus reliquis nauigabilibus effluere, Vi
bius sequester in pōtū decurrere per septē ostia. Gurges locus in flumine
profundus, in quo aqua uertitur, & omnis aquarum congeries dicit̄ gur
ges, licet quandoq; ponatur pro mari, sed per ταπείνωσιν id est humiliati
onem, Euxinum pontum. id mare prius quia nulli patuit nauigatio
ni Axenon hoc est inhospitale appellatum est, tam propter tempestuosa
& per hyemes interclusa loca q̄ accolarum immanitatē maxime scyta-
rum hospites immolare solitorū & humanis uescētium carnibus, nouissi
me aūt cum Iones in littore urbes condidissent euxinum id est benignū
hospitem uocare cœperunt. Pontum autem per excellentiam appellaue
runt sicut apud gręcos per poetam Homerum, et apud nos Virgiliū intel
ligimus, Extremum caput. Extremum ostium. quod ut iam retu-
limus nō miscetur euxino sed paludibus imbibitur. Vlua. herba in Vlua
limo palustri nascenti. Lucanus. Exul limosa Marius caput abdidit ulua
Hanc Donatus uulgo ait budam appellari, super hoc boni poetæ uersu.
Limosoq; lacu per noctem obscurus in ulua, delitui.

Hic demissa recens populi mysteria, mirum
Attoniti inspectant homines ac inanima passim
Inscribunt puro delapsa insignia cœlo
Sanguinolenta crucis, clari memoranda triumphi
Effigies late spectatur, spongia, flagra
Visuntur, tunica inconsutilis intima, claui
Cernuntur multo madefacti sanguine, telum
Quod sacram seuo discreuerat impete costam
Pingitur, excubitor crista spectabilis ales

Ter geminiqꝫ micant tali quos inclyta christi
Iecerat innocui sortitus tegmina miles
Non ignota cano, cæsar monstrauit, & ipsi
Vidimus, innumeros prompsit germania testes

Hic demissa. delapsa. Mysteria. dicta testatᷓ Eusebius a μύσος q̄d latine scelus dicitur. Hinc non sine mysterio fieri dicimus, quod occulta aliqua sacrorum ratione perficitur, Vnde mystę dicti sacerdotes & symmystę consacerdotes eisdem sacris initiati. Apollodorus aūt mysteria dicta putat ab attico quodā Myente qui uenando perierit. Recens. nouiter, Recens em̄ significat nouū, hoc est quod nuper accidit, unde recentior recentissimus, aduerbiū recenter, Inuenitur aduerbiū. Plautus, Qui recens ex agro uenerat. Virgilius. Sole recens orto. Attoniti. dixere grāmatici attonitū eū q tonitrui sonitu & uicini fulminis crepitu stupefactus est. Mirum. miratione dignū miraculū, q̄d pręter usum naturæ euenit, soletqꝫ id miraculū uocari, quod unde emanauerit aut qua ratione cōstiterit dinoscere arduū est. Sanguinolenta. sanguinea. Effigies. siue ut ille effigia simulacrū est ad alterius similitudinē expressum. Clari triumphi. salutiferę & conspicuæ crucis, in quo ut Apostolus adhortatur nos gloriari oportet. Tunica. a tuendo corpore. Inconsutilis. quæ sui simul non potest. hæc uestis domini nostri erat ut Ioannes scribit desup cōtexta per totū, Ex hoc quibusdā uisū fuit christū p̄ciosis uestibus usum, quorū sententiæ Chrysostomus contrarius refert solitos in palęstina pauperes induere talia indumenta, qua instar ciliciorū reticulato opere fiebant, uoluit nāqꝫ christus in magna nasci paupertate, in maiori apud homines conuersari, & tandē in oīm maxima uitā hanc transitoriā dæmonisqꝫ & mundi superbiā superare, atqꝫ ita intrare in gloriā suam, sed & approbauit uestimentorū uilitatem in Iohanne Baptista ut in Matthæo, Quid existis in desertū uidere hoīem mollib⁹ uestitū, ac si diceret nō quidem. Telum. lancea, telorū appellatione quicquid longe iaci potest significatur, ex etymologia ἀπὸ τοῦ τηλόθεν Paulus iurisconsultus telorū inquit appellatione om̄ia ex quibus singuli homines nocere possunt accipiuntur, M. Tullius in oratione pro Cecinna docet armatos si latine loq uolumus appellari tm̄ illos, qui scutis telisqꝫ parati ornatiqꝫ sunt, qui uero saxa iacerent qui dē terra ipsi tollerent nō dici armatos, neqꝫ esse arma cespites neqꝫ glebas. Verū cum causæ non uocibus sed rebus ponderentur, appellatione armorū saxa continebunt, q̄d & Caius iuriscōsultus euidenter his uerbis ostendit. Armorū appellatio nō utiqꝫ scuta & gladios & galeas sed & fustes & lapides. Sunt aūt telorū multę species, de quibus diuina fauente clemētia prope finem suscepti laboris mentionē faciemus. Nos aūt hoc loco referendū duximus operę preciū, quod Antonius Co-

Tunica inconsutilis

Telum

drus, Petrus quoq; Crinitus & nuper Georgius Simler (de quo uerissime Georgius
dicere possũ, q̊d qñq; Codr⁹ de cõmẽtatore Bononiẽsi dixit, scriptũq; re Simler
ligt) diligẽter obseruarũt. Audite inquit Codrus aliud magis ridiculũ in
Iohannis euãgelio legi͂t, ἀλλ᾽ εἰσ τῶν ςρατιωτῶμ λόγχῃ ἀυτοῦ τὴν πλευ
ρὰν ἔνυξε nr̄i theologi siue sono uocabuli græci decepti ubi apud græcos
λόγχῃ .i. lancea scriptum est, crediderunt percussorẽ illum Longinũ esse
appellatum &c. Discreuerat. diuiserat aperuerat. Sacram costam.
sacrum latus, ex q̄ continuo exiuit sanguis & aqua, ille quidem ad nr̄am Cõmenda-
redẽptionẽ, hęc uero ad peccatorũ ablutionẽ, qua de re copiose scripsit in tio hymno
secũdo cõmentario hymnorũ suorũ illustris auctor noster, quos uel ideo rũ auctoris
frequens cito, quia & eos unus sibi quisq̄ (singularis em̄ est & modicus li
ber) facile mercari potest, & in eis ut ipse testatur ad amicũ scribẽs, uniuer
sa pene et diuina & naturalia et moralia p̄cepta uel comp̄hendũtur uel in
sinuantur, Ex commẽtariis uero ut nuper compatriota & municeps me
us Beatus Rhenanus melioribus & moribus & literis excultus studiosis
quibuscunq; locutus est, non tam theologica dogmata & uocũ significã
tias q̄ fabularũ mysteria græcis citatis scriptoribus Athenæo. Eustathio.
Stephano. Dionysio, & hoc genus aliis apertissime cognoscere licet.
Impete. impetu, idem em̄ impes & impetus, ut apud Lucretiũ in primo
& Statium in sexto thebaidos. Ales, quęlibet auis ab alis gerendis &
tam masculino q̄ fœminino genere profert̄, nonnunq̄ tñ pro ueloci poni
tur, habet gtm̄ pluralem alitum & alituum secundũ Priscianum. Specta
bilis crista. gallus significatur. Ferunt uagantes dæmonas lætos tene
bris noctium gallo canente exterritos sparsim timere & cedere. Quæ uis
sit huius saluator ostendit Petro, ter anteq̄ gallus canat sese negandũ prę
dicans, Fit nanq; peccator prius quã preco lucis proximæ, Illustret huma
num genus, finemq; peccandi ferat. Ex Prudẽtio. Excubitor. uidetur
nanq; diuina prouidentia gallum ceu nocturnũ uigilẽ constituisse excitã
dis in opera mortalibus rumpendoq; somno, Vnde Prudentius cecinit,
Ales diei nuncius. Lucem propinquam præcinit. Nos excitator mentiũ.
Iam christus ad uitã uocat, Auferte clamat lectulos, Ægros sopores desi-
des. Castiq; recti ac sobrii, Vigilate iam sum proximus. Post solis ortũ ful
gidi, Serum est cubile spernere, Ni parte noctis addita. Tempus labori ad
ieceris, Ferunt quoq; gallorũ p̄posteros et uespertinos cantus ostentũ por
tendere, eosdemq; leonibus esse terrori, Stapulensis inter cætera de leone
in hæc uerba scribit. Hoc tale tamq; seuum animal rotarum orbes circũ-
acti currusq; inanes & gallinaceorũ cristæ, cantusq; etiã huius alitis nũcię
lucis magis terrent sed maxime ignes. Alias Gallus dr̄ cybelis sacerdos
Est etiam gallus fluuius & nõnunq̄ gentile, Tali, de ludo tesserario &
talario Beroaldus senior & in commentariis suis omnibus & annotatio
nibus non parum multa retulit. Ludi. appetentiores, ex quo plæraq;
uitiorum genera tanq̄ uermes e putri cadauere ubertim erumpunt, histo

riam imaginis crucifixi IHESV immaniter uiolatæ ab impiissimo alea tore nup a iuniore natu Gresemũdo heroico carmine in lucẽ deprom ptam, perlegant carmen ipsum cui e germanica uena secundum uix repere ris, placebit historia, lecta proderit, Verum & bonum miraberis poetã nõ laureatum quidem, Is ẽm philosophiæ interpres, cuius ex illis quidã igna ri quia inimici & hostes uidentur, ad modũ insignis oratorię ac poeticæ monumenta dedit iuuenis rara & hodie iurisconsultissimus habetur, dig nus cui iam præest amplissimo magistratu. Sortitus. Constat nanqꝫ euangelio. Milites postq̃ crucifixissent christũ eius indumenta sibi parti tos; & quis eorũ esset habiturus intimã eius tunicã inconsutilẽ sortitos, & tunc quod longo ante tempore dictum erat per prophetam impletum est Diuiserunt uestimenta mea sibi, & super uestimentum meum miserunt sortem. Quoniam sortium humanarum gentium scriptores, eorumqꝫ in terpretes passim meminerunt, nihil hoc loco referam. Sed placet paululũ excurrere ut quę diuinæ sortes sint apertius intelligamus. Numeri capite decimo septimo intelligimus tribus israel uirgas suas in sortes dedisse, vt qui electus a deo esset sacerdos declararetur, sors autem super Aaron ce cidit cuius sola uirga turgẽtibus gemmis effloruit. Et sortem diuinam pe tit Gedeon, iudicum capite sexto, Si saluum facis (inquit) per manum me am populum israel. sicut locutus es, ponam hoc uellus lanæ in area, si ros in solo uellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam ꝙ per manum meam liberabis israel sicut locutus es, factumqꝫ est ita, & de nocte consurgẽs ex presso uellere cõcam rore impleuit, dixit rursus ad dominum. Ne irascat̃ furor tuus cõtra me, si adhuc semel tentauero signum petens, oro ut solũ uellus siccum sit & omnis terra rore madens fecitqꝫ domin⁹ nocte illa ut postulauerat, & fuit siccitas in solo uellere. & ros in omni terra. Et capite decimo octauo tertii regum. Sortes per Heliam prophetam datæ sunt, ut cognosceretur ne ipse an sacerdotes Baal ueri dei essent prophetæ, ueriqꝫ dei sacerdotes. Dẽt nobis inquit duo boues & illi eligãt sibi bouẽ unũ, & in frusta cedentes ponant super ligna, ignem autem non supponant. Et ego faciam bouẽ alterũ & imponã super ligna, ignem aũt non supponã, inuocate nomina deorum uestrorum & ego inuocabo nomen dei mei, & deus qui exaudierit per ignem ipse sit deus. Respondens omnis populus ait, Optima propositio quam locutus est Helias. Clamauerũt sacerdotes Baal de mane usqꝫ post meridiem cultris & lanceolis (donec perfunderẽ tur sanguine) se incidẽtes dicentes. Baal exaudi nos, nec audiebatur uox nec aliquis respondebat, nec attendebat orantes. Accedens autem Helias propheta ait; Domine deus Abraham & Isaac & israel ostende hodie quia tu es deus israel, & ego seruus tu⁹, & iuxta præceptũ tuum feci omia uerba hæc, exaudi me domine, exaudi me, ut discat populus iste, quia tu es dominus deus & tu conuertisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis domini & uorauit holocaustum, & ligna & lapides, puluerem quoqꝫ &

De sacerdo tibus diui nis

aquam (quæ erat in aquæ ductu) lambens, q̄d cum uidiſſet omnis popu lus cecidit in faciē ſuā & ait. Dominus ipſe eſt deus, dominus ipſe eſt de⁹ Ex his itaq; cognoſci promptum eſt diuinam ſortem nō eſſe niſi quoddā petitum & diuinitus oſtenſum ſignum diuinam uoluntatem declarans, et humanæ fragilitatis deo reuerenter arbitrium committentis ambiguita tem tollens. Innocui. innocentis. Sine enim iniquitate in hoc mundo conuerſatus eſt, & ut de eo propheta cecinit, Cucurrit & direxit tum inno centia manus ſuas lauit, nequaquam enim habuit inquinatas. Innocuus actiue accipitur pro eo qui nocet, paſſiue uero pro eo cui non nocetur. Innocuus

Cæſar monſtrauit. ut in liminari epiſtola, monſtraſti inquit ad Ma ximilianum dum eſſem apud te in germania cruces, clauos, lanceas, & alia plæraq; cœleſti quadam nec uiſili pluuia corporibus deliniata, & quæ conſequūntur.

Qua rhenus tenui retis ex alpibus orſu
Funditur, & maior ſuppoſtis influit aruis
Compertum, uiditq; lacus qui molle pererrans
Muros piſcoſæ ſubiectos perluit urbis
Quos Conſtantini proles oriente ſubacto
Occiduas repetens ſtellanti murice terras
Condidit, & proprio ſignauit nomine, cuius
Principis (ut perhibent) demiſſus ſanguine Picus
Picus arenoſæ genitus prope flumina Siclæ
Audiit & tumidi iam ditior accola rheni
Quiq; lacu miſſus leni ſubmurmurat unda
Mox alium præfertq; lacum, quo deniq; fuſus
Inde humilis tumiduſq; uoraxq; euoluitur, inde
Plenus & exiguus, rectus, ſinuoſus in orbem
Labitur, hinc ſumptis Baſileam diuidit urbem
Fontibus, ac uaſto defertur gurgite, & alti

Vorticibus magnis contingit tecta Brisachi
Aduersam cæsa quæ nectunt abiete ripam

Generatio fluuiorum

Qua rhenus. germaniæ fluuius rheticarū alpiū inaccesso ac precipiti uertice ortus, modico flexu in occidentē uersus secundū Tacitū septētrionali oceano miscet, Appianus quoq; tradit rhen⁹ & ister potissimū romanis fines imponunt, quorū quidē rhenus borealē oceanū influit, At Mela cui illustris auctor subscribere uidetur rhenus ab alpibus decidēs prope a capite duos lacus efficit Venetū & Acroniū, mox diu solidus et certo alueo lapsus haud procul a mari huc & illuc dispergit. Tenuior su.. paruo fonte, secundū Nazonē. Flumina magna uides paruis de fontibus orta. Plurima collectis multiplicantur aquis.. Rhetis alpibus. rheticis altissimis montibus. Solent aūt ex summis & sublimi uertice eminentibus maximi profluere oririq; fluuii q̄d libere omni ferme ex parte aerea contingant loca, quæ ut spongiosa fistulosaq; suspensa, multis ex locis concipiunt atq; producunt aquā, in planicie aūt campestri rari fluunt admodū In asia em̄ ex Parnasso ad hyemalē oriētem monte maximo effluunt Bactrus. Coaspis. Indus & Araxes, cuius pars Tanais in Mæotidem effluit paludem. Et ex Caucaso maximo monte ad æstiualē orientē (qui ob sui pręruptā magnitudinē a nauigantibus in imis stagnis uidetur, et cuius sūmitates ad tertiā noctis partē a sole illustrant, effluūt plurimi & maximi & Phasis. Ex pyrenęo ad occidentē ęquinoctialē in celtica effluunt Istrus & Tartessus. Istrus quidē per totā Europā in mare euxinū & Tartessus extra columnas. Ex ęthiopicis mōtibus Egon & Nises & Cremetrius. Ex Pindo Achelous & Inachus. Ex Scombro Strymon, Nestus & Hebrus. Ex argenteo monte Nilus, ex Rhodope plurimi. Bactrus scytarū est fluuius cuius accolę bactriani dicūtur. Coaspis fluuius Medorū apud Persas in tigrim defluens, cuius adeo dulcis est aqua ut ea reges pro potu uti soleant. Indus fluuius est Indiæ a quo regio ipa nomen accepit. Araxes Armeniæ fluuius de quo supra, & Lucanus. Armeniūq; bibet romanus araxem. Parnassus mōs est in medio orbis terrarū, nam (ut refert Pindarus) cum Iuppiter scire uellet ubi nam esset mediū orbis terrarū aquilas duas alterā ab oriente alterā ab occidente misit, & ubi inuicem occurrerent, ibi mediū orbis terrarū esse intelligeret, occurrerunt aūt in Parnasso monte hinc appellatur umbilicus orbis, q̄d & si Varro plane inficiatur, Virgilius tamen ait, Delphos Pythius orbis umbilicū, hic mons biceps dicitur, q̄d duos habeat uertices sese in altum attollentes, ut est apud Ouidiū. Caucasus mons est Indię quē Herodotus altissimū esse dicit, Phasis Colchorum fluuius. Colchos aūt regio est iuxta pontum cuius indigenę colchi dicunt Pyrenæus mons in hispania de quo apud Italicum copiose. Celtica pars galliæ Hispaniæ contermina, cuius populi Celtæ dicunt, Ex quo [illegible] & iberi hispaniæ fluuii Celtiberi dicti sunt Hispanię populi. [illegible] ter

(sicut meādrus uel meānder) maximus est (ut meminimus paulo ante) fluuiorũ Europę alio noīe danubius uocat⁹. Mare euxinũ quod alio noīe Pontũ dicimus (ut retulimus) fluit a Męotide scythiæ palude in Tenedũ usq; famatā phrygiæ insulā. Pindus mons thessaliæ ubi bacchanalia mulieres frequenter celebrare solebant, quę menades dicũtur a μαίνομαι hoc est insanio. Achelous fluuius Calidonię. Inachus fluui⁹ Achaię ab Inacho Argiuorũ rege nomē sortitus, Strymon nestus & hebrus fluuii ut Scombrus & Rhodope montes sunt Thraciæ. Nilus fluuius ægypti, de q̊ circa finem. Cæterũ rheticarũ alpium (quas Tacitus & prisci forsan a Rhetico germanię mōte altissimo dixere, ut Raimũdo Marliano uidet.) alię agro Tridentino adiacent & Veroneñ. quibus ex italia in Sueuiā & Austriam iter est, alię ex quibus rhenus, quarum in pręsentia auctor meminit inter fines Seduneñ. & Curieñ. diocesum oritur, quas Leopōtias cæsar & alii scriptores appellauere, quas & coactias esse quibusdam placet, quibus in loca rheno oceanoq; finitima ex italia aditus est. In Suicerorũ annalibus et capite q̄d est de initio et nomine confœderatorũ sic scriptum est, Quãq̄ aũt prima eius fœderum iacta fundamenta modice ex quattuor non amplius partibus initiata, nunc tamen & usq; in pręsens ita suos fines uiresq; dilatauit, ut latus illorum quod orientē spectat lacu Brigantino terminetur. Aliud uero meridiē uersus eodem rheno flumine citra primos eius in alpibus rhetiis fontes in procinctu Curiæ rhetię ultra Adulam & Ticini scaturiginē longo illo alpiũ tractu limitatur &c. Lacus, superior sci. duos ẽm facit dum Curiensi percurso agro fines Cōstantieñ. attingit, q̊s ueteres Venetũ & Acroniũ nuncuparunt, & inter hos Constantia sita est Sed hodie lacus illi a loco & dominiis sortiti noīa, superior Cōstantieñ. & a castro & eius loci dominio de Bodma lac⁹ Bodmer dictus. Inferior Cellacensis ab oppido Cella Rudolphi nuncupato denoīatus est, Piscosæ. Fert nanq; pisces uarios quidem & multiplices, & quanq̄ pro tanta aquarũ magnitudine non admodũ copiosos. Solent aũt nōnunq̄ scriptores & poetæ maxime multiplicitatē superabundantia significare. Si uero ad ipam solum ciuitatē retuleris piscosa dici poterit. Secius si ad uniuersũ lacum qm̃ pro magnitudine sua non admodum piscibus abũdat, Est aũt lacus ille omniũ amœnissimus, habens undequaq; castella, uicos, uillas in ripis uniuerso iam mundo nota propter in ea conciliũ & catholicum consessum habitum, de quo uarii uaria scripserunt, & hodie multi multa loquuntur. Proles. filius Constantius scilicet. Constantini. cognomento magni filii Constantii Augusti ex obscuriori ut ferunt matrimonio. Constantinus in Britannia primum creatus imperator Constantinopolim cantatissimam urbem olim Bizantium dictam diuinitus ampliauit, quæ superbissimis ædificiis exornata, plærisq; omnibus aduenis non tam imperatorꝝ q̄ cœlicolum domicilium habitum est, de cuius expugnatione recentiores, & nuper Helianus non nihil in Venetos scriptũ reliqt.

Alpes tridentinę Curienses

Constantinus magn⁹

quicquid sit christianitas de optima ciuitate mereri, pessime meres extitit,
Hæc sola est quæ nobis Platonem reddidit, Aristotelem. Demosthenem
Xenophonta, Thucydidem, Basilium. Dionysium. Origenē & alios ma
nifestauit, Constantinus cuius historia uel ipsis pueris nota est tres reliqt
imperii heredes, unum Augustum, & duos cæsares Constātium, Constā
tinum & constantem, Constantius aūt oriente subacto. deuictis, domi
tis orientis populis. Persis scilicet et Parthis cum quibus ancipiti marte ne
gocium gessit, quod ex ipsius persarum regis saporis epistola facile appa
ret, quā ad imperatorem Cōstantiū in hunc prope sensum per Narsetem
Epistola re legatum literas scripsit. Rex regum sapor & solis & lunæ frater Constan
gis Saporis tio Augusto salutem, Lætatus sum ad optimam te uiam rediisse & incor
ad impa. re ruptum æquitatis suffragium agnouisse, & satis expertus es, quātas olim
gē Cōstan clades nimia alieni cupiditas ediderit. Sed qm̄ ueritatis quidem ratio libe-
tium. ra atq; soluta esse debet, paucis absoluam, q̄d alias sæpius recensui, uideli-
cet adusq; flumen Sermona & Macedoniæ fines maiores meos tenuisse,
quod & romanę antiquitates testantur. Proinde q̄d ad nos pertinet auda
cter id repeto atq; efflagito. Est em̄ cordi iusticiæ causam tutari, quando
& a prima quidem adolescentia nihil unq̄ pœnitendū admisi. Ideoq; et
Armeniam & Mesopotamiā recuperare molior, quæ auo meo per frau
dem atq; insidias ereptæ sunt, quod si morem suadenti gesseris probe qui
dem ac prudenter feceris, ut reliqua securius ac sine alio discrimine obtine
as, in quo medicos ipsos eorumq; disciplinam secutus fueris, qui aliquan
do partes corporis quasdam adurere uel excindere consueuerunt, ut reli
quis integris ac solidis uti liceat, q̄d & bruta quędam animantia factitant
quæ cū intelligant cuius rei causa in primis petantur, atq; capiantur, illud
ipsum sua sponte amittunt, ut impauide mox ac sine ullo uitæ discrimine
degant. Idem de te pronuncio, Q̄ si hæc nostra legatio irrita fuerit, uere
proximo instructis copiis atq; omni exercitu accinctus, res nostras (quan
tum ratio & fortuna permiserit) repetam. Hactenus rex Sapor ad Con-
stantium Augustum, cuius pariter respōsum quo pars hæc melior possit
Constantii consyderari apponam. Victor terra mariq; Constantius Sapori regi sa
Augusti re lutem. Tuę sospitati gratulor ut amicus, si hoc uelis, cupiditatem uero ani
sponsum. mi tui semper indefessam fusiusq; uagantem uehementer insimulo, Meso
potamiam poscis ut tuam, atq; Armeniam, proinde etiam suades ut inte
gro corpori membra quædam adimantur, quo salus de reliquo in tuto a
me collocetur, Sed accipe ueritatem non obscuram quidem aut ullis præ
stigiis obductam, sed apertam & perspicuam, quæ nullis omnino minis
aut perterretur aut diminuitur, Meus prętor præfectus opinatus cum du
ce tuo de pace me quidem inconsulto disseruit, ꝗ hoc in cōmunem usum
fore putabat, Id ego neq; abnuo neq; repello, modo cū dignitate fiat, neq;
de maiestate quippiam præripiat, Nam indignum atq; absonum est inui
diæ ac iniquitati contra me ansam præbere, cum tyrannis per totum or

bem deletis roman inobis obtemperēt,simul & ignaui hominis foret ea nunc prodere,quæ diu illibata seruauimus. Valeāt igitur istæ tuæ formi dines quæ nobis intentantur,nos enim pro nostra consuetudine non iner tia sed modestia pugnas magis excepimus q̄ intulimus,parati semper iu re belli nostra omnia defendere,quod ipsum experiendo & agendo cog nouimus. Rarissimum quidem in preliis rem Ro. titubasse aut nunquam denique in partem deteriorem prolapsam. Cæterum hic Constantius post quam gallorum & germanorum motus sedasset,alteram in Parthos ite rum deficiētes ad Persas & romana fide facturus expeditionem inter Ci liciam & Cappadociam in itinere moritur,uirum perhibēt fuisse & egre giæ in primis tranquillitatis & facilioris credulitatis,quod haud quaquā summo principi conuenit. Itaque Ammianus Marcellinus taxat Constan tium imperatorem,apud cuius aures nimium patulas uirulentæ linguæ existimationem uiri fortis inuidia graui pulsarent,Habeat itaque princeps in memoria & in pectore scitum illud Domitiani,Delatores qui non ca stigat irritat,custodiat quoque illud intra mentis penetralia,quod Alexan der magnus facere solebat. qui in iure dicundo accusatore dicente,alterā manu aurem occludebat,eamque reo illibatam conseruabat. Occiduas occidentales. Occiduum est quod uel occidit uel ubi sit solis uel alterius rei occasus. Stellanti. fulgenti. Murice. purpura. Nam ex muricis humore fit purpureus color,Est autem murex piscis marinus ex concha rum genere. Condidit. quantum ego intelligo scriptores non conue niunt de conditore huius urbis,Nam alii a Cōstantini filio quibus auctor noster illustris astipulatur,alii uero a Constantini magni patre Constan tio itidem imperatore conditā esse uolūt. Leonardus Aretinus ad amicū inter cætera huius ciuitatis in hæc meminit uerba, De Constantiæ antiq tate & origine cum sæpe a quibusdā ciuibus quęsissem nemo adhuc mihi occurrit,qui uel aui sui nomen & memoriam nedum urbis tenere uidere tur,Ego cum diligentius perscrutarer,tabulam inueni marmoream,uetu stas literas continentem,ex quibus apparet a Constantio Constantini pa tre,qui a Diocletiano & Maximiano cæsar dictus est, hanc urbē nomen cœpisse cum prius Vitudura nuncuparet, Hāc tabulā nemo Constantiē sium legere scit,tenetque uulgi opinio esse sanctuariū quoddam præcipuę religionis,Ita mulierculæ & cætera imperita turba fucandis per eā mani bus,& ad faciē refricandis iam literas pene totas ex tabula deleuerunt, cū tñ ibi scripta sint,non sanctorū christi sed persecutorū christianæ fidei no mina,hæc Leonardus qui & mores quoque & instituta refert ciuitatis. Sanguine. familia,progenie. Demissus Picus. Idem refert in libro de rerū p̄notione & in uita patrui,paulo post initiū. Paternū genus (licet) ab Constantino cæsare per Picū pronepotem a q̄ totius familiæ cognomen tum memoriæ proditū sit traxisse primordia,missū facientes ab ipso tpe natiuitatis sumemus initiū. Alium lacū. inferiorem de q̄ paulo ante.

Occiduum

Murex

Constātiæ conditor.

Cursus flu minis rheni

Quo deniq; fusus, describit rheni cursum e lacu inferiori ad oppidū Brisachum usq;,qui uariis montium impedimētis incitatus cum rupibus coarctatur iuxta urbem Schafhusiā quę ab inclyto Austrię principatu ut gentilis meus Rhenanus scripsit ad Heluetios desciuit, terribili fremitu eructuat,impetuq; ingenti per præceps ruit,& sub municipio Laufenber go arctatus petris in albissimā spumā præ fremitu & collisione mutatus cōspicatur. Tandem atrox spumans amplo gurgite ad Rauricorū Augu stam usq; & Basileā euoluitur,quā ut & illustris auctor meminit in duas secat partes ciuitati ac ponti in occulto insidiatur,cum terrę motibus sępe numero quassata sit,littora eñ rodit,alueos nouos quærens,terrā cauās, uentis & aquis replēs,uarios motus excitat. Vnde ueterem Rauricā Au gustam,cuius uestigia supra Basileam,hodie nāq; immutato corruptoq; nomine pagus Auxta uocat,cernitur defecisse arbitrant,Habet aūt rhe nus aquā medii coloris inter ceruleā & uiridē,cursum rapidum,alueum arenosum,solidum tñ,ita ut pedibus pressus uestigio non signetur, q̊d et Aretinus literis mandauit, Labitur. currit,alias cadere, descendere, Virgi. Labere nympha polo,pro eo q̊d est descende,sed & hic pro cadere accipi potest,Nā & rhenum reliquaq; flumina per alueos currere,per prę cipitia uero & ęditiora loca cadere dicimus. Sumptis fontibus. mi nutioribus fluuiis,nā ingens & robustus multorū incremētis adiutus de currit inter orientem & septentrionē recto alueo conuersus. Basileam. quā quia in loco regio extructa sit id nominis consecutā esse uolunt, βασι λεῖα regnū a græcis,& βασιλεὺς rex,& βασιλικὸς regalis appellat, alii uero putāt Basileā quasi sine base appellatam,ob crebros terrę motus, alii Basiliscū qui latuerit ibidem post eius defectionem nomen urbi reliquisse Pius summus pontifex qui tempore Basilieñ. cōcilii (q̊d satis temere meo iudicio Poggius sentinam scelerum & perditissimorū hominū conuēticu lū appellat,in ea urbe plura egregie gessisse ferť,& inter cætera ductus tū amœnitate tum ubertate loci in ea catholicum studium instituit,q̊d olim compatriota Branto nostro & Cratone postea sueuo nostra ætate iure consultis eruditis & integris q̄ nunc celebratius extitit,Sed ominum rerū uicissitudo tempora mutantur,& quis scit quid ferat hora sequens. Bri sachi. de oppidi huius satis uetusti quod Antonin⁹ Pius in itinerario suo q̄ loco meminit Augustæ Rauricę Rubeaci,q̊d oppidū hodie suū nomē retinet,Argētuarię quā Cōrad⁹ Leōtorius Colmariēsē urbē cui subscrip sit quondā patronus meus Ioānes Collaurus,& astipulatus est Io. Stabi⁹ Helueti, q̊d & plæriq; Selestanū oppidū patriā meā ex cōgrua passuū sup putatione accipiūt, Tabernis qui locus hodie prima & ultima literis dū taxat mutatis Zabernia uocať,& Argentorati ciuitatis in Elsacia prima rię tū aliorū circūiacentiū locorū q̊rū noīa longū esset referre. Mōte brisa gū uocat cōditore nihil certi habeo,sed in eo arcē ex Suicerorū annalibus reperi,ab inclyto Berchtoldo duce Zaringio, cuius natos duos pręsenta neo ueneno extinctos fama est,nō mediocri impēsarū iactura constructā

Basilea

Labi

Brisachum

Hũc Berchtoldũ post extinctos filios ferunt ideo Bernẽsem ciuitatẽ condidisse, ut esset q̃ se inextincta prole atq; eam ipsam prolẽ in parricidis eorumq; successoribus iuste uindicaret, licet duodecim ante annis Friburgũ oppidũ prope ipsam Bernam funditus cõstruxerat. Meldunũ quoq; hic princeps nobilissimus sumptibus fundauit propriis, & alia non parũ multa loca profusissimis impensis fœlici auspicio confecit, & præcipue in Burgundia minori. Vxor illi erat ex familia nobilissimorũ comitum de Kyburg, qui sub hoc tempus opibus ac gentibus p̃potentes famosissime claruerunt. Nam oppida, castra ac terrã populosã & numerosam trãs Duregum oppidũ in Turgæa quæ sueuiæ contigua est possidebant. Elsatiæ pariter comites fuere, Cõradus aũt ut & hoc obiter referamus Zaringiæ dux Berchtoldi ducis auus Friburgũ brisgoicũ oppidũ e fundo cõdidit. anno dñi supra millesimũ cẽtesimo undecimo. Aduersã: e regione sitã

Berchtoldus dux Zaringiæ.

Noricus inspexit, torti audiuere Sycambri
Audiit & Mario domitus per uulnera Cymber
Senserunt amnes, senserunt æquora longe
Æquora torpenti glacie concreta sub axe
Arctoo, propius conspexit danubii fons
Spectarunt fortes ipsis sub mœnibus Vlmæ
Assueti contis fortes bellare sueui
Et phorcin latiæ donatus lumine linguæ
Cui sacrum triplici celebratum dogmate nomen
Inspectant populi quorum confinia cæsar
Vastauit late uictor cum fusa bohemus
Agmina colligeret, nuper dum prelia miscet
Confractis uires latura rebellibus, illinc
Vangiones cernunt, latebrosa silentia syluæ
Herciniæ norunt; nouit perterritus osus
Osus aranisco dubium deductus, an illo
Hic genus antiquum referat sub iudice lis est
Vindelicus; rhetus miratur; & aspera cede
Romani, tremuit quondam prouincia Vari
Næc tam præcipiti formidine territus hausit

Armorum ſonitum quondam germanus arator

Noricus. ex norico.Eſt aūt noricū ſeu noricia regio Europę,cuius limi
Noricum tes ſunt ob occaſu.Ænus fluui⁹ medius inter uindelicos & noricos. A ſep
tentrione danubiū ab ortu ſolis montē ceciū.pannoniā ſuperiorem a no
rico diſcernentē,A meridie montē curuancā,q ſupiacet hiſtriæ.Noriciā
plærīq; omnes bauariā hodie appellant,Plinius ſcribit noricos incolas al
piū, & in noricis eſſē uenā ferri laudabilē.Vnde Horatius noricū enſē di
Sycambri xit, Sycambri. populi ſunt germani tranſrhenani, q quondā ſe in ſoli
tudinē ac ſyluas abdiderunt,q̊ tpe pons a cęſare inſtitutus fuit ſup rhenū
Apud Suetoniū itē Lutiū Florū legere eſt.Auguſtū germanos ultra Al
bim ſubmouiſſe,ex quib⁹ Sueuos & Sycābros dedētes ſe traduxit in gal
Cymbri liā atq; in proximis rheno agro collocauit. Cymber. populi germanię
Cymbri oceano proximi latrocinādo in Aſiā uſq; proceſſerunt, q̊rū oēs
fere ſcriptores meminerūt, Cor. Taci. Pli. & Diodor⁹ cymbros breuiter
attigerūt.Plutarch⁹ uero in Mario.Strabo in vii.& Flor⁹ in iij. multa me
moratu digna de cymbris tradiderunt,& hæc in primis ꝙ relicto natali
ſolo nouas q̄rētes ſedes miſerūt ad romanos,q peterēt ſibi aliqd terræ da
ri,q̊d eſſet quaſi ſtipendiū,& pro ut uellēt manibus atq; armis ſuis uterēt
Repulſi q̊d nequerāt p̄cib⁹,armis petere cōſtituūt.Romani duces & exer
citus cōgreſſi cū Cymbris trās alpes uicti fugati et caſtris exuti. Actū erat
de romano imperio niſi Marius illi ſeculo cōtigiſſet,qui mira ſtatim uelo
citate profectus in Galliā ad aquas ſextias p̄lio teutones ambroneſq; q̊s
cymbri bipertitis copiis in gallia reliquerant,cū ipſi in italiā cōtra Catul
lū deſcendiſſent oppreſſit,Marius mox regreſſus in italiā in patentiſſimo
iuxta atheſim fluuiū cāpo cymbros adeo cecidit atq; proſtrauit,ut ſupra
duodecim myriadas trucidauerit, ſex uero captiuas cœperit.Eſt aūt my
rias numerus cōtinens decē millia,non minus bellicoſę mulieres q̄ ipſi vi
ri extiterūt,q̄ a carpentis plauſtriſq; pugnabāt.quarū alię uiros,aliæ fr̄es,
alię filios trucidabāt,quędā ſe ipſas laqueo ſuſpenderūt.Cymbri lingua
gallica latrones nūcupant̄. Arctoo. Boreali,ſeptentrionali.Arctos lati
ne urſa q̄ & ſeptentrio dicit̄,quia in modū plauſtri uertit̄. Fortes. & na
Vlma tura loci in q̊ ſitę & arte fouearū,propugnaculorū,mœniū. Vlmę. inſi
gnis urbs Sueuię ad ulteriorē danubii ripā,qui ex Hilaro & blauo flumi
nibus in eo loco exonerat̄.Ideoq; nauigabilis reddit̄ ut Sueuia, Baioaria:
Auſtria & Pannonia ob nauigia Danubii nō parua ſentiat commoda.
Sueui Sueui. diuiſit aūt ſue,ſic & Lucan⁹.Fūdit ab extremo flauos aquilone
ſueuos.Quos Cæſar ſcribit bellicoſiſſimos centū pagos habere,ex qbus
q̊tannis ſingula millia armatorū bellandi cauſa ex finibus educūt,reliqui
ꝗ domi mā ſerint,ſe atq; illos alūt,hi rurſus inuicē anno poſt in armis
ſunt,illi domi remanent,ſic neq; agricultura neq; ratio atq; uſus belli in
termittit̄. Cōtis. lōgioribus haſtis,hinc milites cōtatos Vegetius dixit,
Phorcin. Hoc loco animaduertendū ꝙ auctor meminiſſe uelit Capnio
nis ſueui,quē uulgo nominant Iohannē Reuchlin Phorcenſē,cuius q̊q; in

aliis ſuis libris honorificã ſæpe mẽtionẽ fecit,& in de rerũ pnotione,& in epiſtolarũ libris,ubi uidere licet elegantiſſimas illuſtris auctoris noſtri ad eundẽ Io.Reuchlin literas,quia uero Capnion ſiue Reuchlin inter alia ſua opa tres libros cõpoſuit, de ỽbo mirifico ſcd'm tria dogmata,ſcilicet philoſophorũ,iudæorũ & chriſtianorũ,ubi continet nomẽ ſacrũ id eſt tetragrãmaton ineffabile,quin potius pentagrammaton effabile. Iccirco dicit auctor ꝙ Phorcin ille hoc eſt Phorcẽſis natione german⁹,& latia lingua donatus, celebrauerit nomen ſacrũ triplici dogmate,ut mox latius proſequemur. Lumine. cognitione. Latię. romanæ.latinę,tametſi origine diſtent,promiſcue tñ hodie accipiunt.Relatũ eo quattuor fuiſſe apud romanos linguarũ proprietates,hoc eſt priſcã,latinã,romanã & mixtã, quod ex Varronis auctoritate grãmatici ueteres tradunt. Priſca eſt qua uetuſtiſſimi itali populi ſub Iano uidelicet & Saturno regibus uſi ſunt,cuiuſmodi carmina quędã incondita,parũq; noſtris intellecta adhuc ſuperſunt,ut Saliorũ & Argeorũ ſacra,de quibus Varro etiã Terentius meminit.Latina uero quã ſub Latino & regibus Tuſciæ cęteri quidẽ populi in ipſo latio loquebant,qua tabulæ decẽuirales ſcriptę ſunt,ac ſacrę leges & publica quędã edicta.Romana q̃ poſt exactos reges romani populi geſta cõplexa eſt,nam & hanc ipſã inter poetas M.Plautus.Neuius.Accius.Pacuuius,Ennius et Publius Virgilius maxime coluerũt,Ex oratoribus aũt & hiſtoricis M.Cato.Siſenna.Quadrigarius.Val.Antias.Cæſar & Ma. Cicero.Mixta uero quæ aucto impio & libertate amiſſa uarios populos & nationes in iura ciuitatis admiſit,quo factũ eſt ut romana uirtus ac loquendi iuxta integritas paſſim cũ moribus degeneraret. Neminẽ quoq; lateat latinã quidẽ doctrinã ex multiplici uarioq; idiomate cõſtare,ſiquidẽ & oſca & ſabina uocabula a multis olim recepta ſunt,ut punica nũc omittamus, Nã & Q.Ennius oſce locutus eſt,tum etruſcas alii fabulas expoſuerũt,ſicuti Liuius & M.Cicero alicubi teſtãt,Latina lingua an latior ſit q̃ græca,& quõ ſit mutata,& qd uulgaris a Irali drñtiæ habuerit & alia multa eã cõcernẽtia recẽtiores Aretinus.Philelphus.Poggi⁹. Valla.Põtanus & alii nõ paꝝ multi etiã ex nr̃is obſeruarũt haud indiligẽter, qa uero inter eos hac in re nõdũ cõuenit,ſed & ad iniurias uſq; pgrediãt, damus lectoris iudicio quos maluerit probare,qd latine loq Cicero tradit nõ uno loco,q ſi cui placuerit,Quintilianus eũ plurimũ pfeciſſe dicet.

De quadruplici Romanorum idiomate

Cui. a q̃ Io.Reuchlin q & Capniõ ut iã dixim⁹ καπνίων gręca appellatiõe a plęriſq; noĩat,q̃ uox fumulũ latine ſonat,Sed uidẽt Barbaro familię itẽ ciuitatũ noĩa haud quaq̃ immutãda,q̃d & auũculus obſeruauit in epitoma rerũ germanicarũ. Sacrũ nomẽ. Iheſus,in eo libro uidelicet quẽ de mirifico uerbo ut iã diximus inſcripſit,cuius & auctor nr̃ illuſtris nõ mõ honorifice meminit,uerũ etiã Iacob⁹ Stapulẽ.id opis plurimũ & citat & miratur in commentariis in pſalmos, Cæterum ſancti theologi uerbum, rationem, ſermonem idem intelligunt,uerbiſq; illis promiſcue utunt,& promiſcue uertũt interpretes,q̃uis uſitatius legat uerbum & q̃d

Liber de uerbo mirifico cõmendatur

Ratio quoq; deus dicitur in sacris literis, diuinus Dionysius in libro de diuinis nominibus probat, quo loco differit de sapientia, sensu, ratione, ueritate, fide, In epistola ad hebræos ca.iiii. Sermo legitur pro uerbo seu ratione. Nec me latet quid Philelphus hac in parte senserit, qui parũ quantum mihi uidetur animaduertit mysteriũ tralationis nominis λόγος pro secunda in diuinis persona, q̃ uerbo potius q̃ ratione accipit, hæc res ab hebræis non a græcis deriuata est, sed & græci λόγον non ubiq; rationẽ sed uerbum intelligunt. Triplici dogmate. de trium linguarũ libris scaturiente sci. græcis, hebraicis & latinis, hic est ille Capnion qui nostra ætate in germaniã primus attulit græcæ atq; hebraicæ linguę scholastica fundamenta præceptaq;. Hoc aũt scitu dignũ q̃ patruus illustris auctoris nostri homo in optimis quibusq; disciplinis maxime occupatus cõplura docte & copiose retulit, de principiis ac uarietate scientiarũ. tum de multiplici philosophiæ cognitione & auctoribus, apud diuersos populos atq; regiones. Sed inter alia multa de hebręis, græcis ac romanis in hunc prope modũ differuit. In hebræorũ inquit philosophia omnia sunt uelut q̊dam numine sacra, & in maiestate ueritatis abdita ceu prodigia quædã & arcana mysteria, In græcorũ uero disciplinis ingeniũ acumen & omigena eruditio apparet, ut nulla unq̃ gens fuerit q̃ & dicendi copia & ingenii elegantia cum illis possit conferri. In romana uero academia ea fere omnia q̃ ad ciuitatẽ & uitę mores pertinent grauiter & copiose sunt explicata ac magnifice dicta, sicut grauitas maxime romanis et imperii maiestas, gręcis ingeniũ & acumen. hebræis doctrina secretior & quasi diuinitas ascribi possit, q̃ ipsa Mosis uolumina & uaticinia illa prophetarũ magnopere probant. Et Reuchlin q̊q; breue admodũ & perpaucorũ uerborũ iudiciũ suũ dedisse de his ipsis hebræis, gręcis, latinis doctrinis mihi uisus est, dum scribit hebræos fontes ipsos, græcos riuos, latinos uero paludes bibere, scitum profecto & elegans discrimen, Sedem̃ M. quoq; Cicero de gręcis ipsis elegãter quidẽ hæc protulit in oratione pro L. Flacco. Hoc ego dicã de toto gręcorũ genere, tribuo illis literas, do multarũ artiũ disciplinã, nõ adimo sermonis leporẽ, ingeniorũ acumen, dicendi copiã, deniq; etiã si q̃ alia sumunt non repugno, testimoniorũ religionẽ & fidẽ nunq̃ ista natio coluit, quare a scriptoribus modo mendaces, modo instabiles, modo leues appellãtur, Quicquid uero de græcis referatur, hoc perpetuo tenore nedũ singulari sermone Anto. Codrus ostẽdisse uidet, latinos sine literis græcis nihil scire, quod ita esse uel mediocriter doctus si eius uiri sermones perlegerit facile iudicabit. Cum fusa Bohemus. Bellum bohemicum dicit, quo inuictissimus cæsar noster Maximilianus nuper mira celeritate & ut dicã mariana Bohemos prostrauit, Extat Hieronymi Vehi iureconsulti probi & eruditi hominis lucubratiuncula qua adolescens de ingenii sui uiribus primũ periculũ facturus hanc cęsaris nostri de deuictis bohemis uictoriã uariis numeris complexus est, tametsi nõ sit ubiq; fide

Iudiciũ Io. Pici de hebræis. græcis & latinis doctrinis.

liter excepta. Agit hic uir hodie rem literariã non obscuro nomine apud
nobile archiducalis urbis Friburgi gymnasiũ. Bohemia intra limites ger
maniæ inclusa tota aquilonibus exposita est, habens ad orientem mora-
uos & Slesitarum partẽ, ad aquilonẽ Saxones & Misnenses, ad occiden
tem agrum noricũ, ad meridiem Austriam & Bauariã undiqꝫ germanię
populis cincta. Rebellibus. qui dicuntur in fide non permanentes & Rebelles
mandatis potestatũ repugnantes. Rebello eñ a quo deriuata est uox hęc
proprie repugno significat. Diuus Henricus imperator Augustus pronũ
ciamus inquit ꝙ illi omnes & singuli sunt rebelles infideles nostri imperii
qui quomodocũqꝫ publice uel occulte cõtra nostrũ honorẽ & fidelitatẽ
rebellionis opera faciunt, & nostri imperii prosperitatẽ aliquid machinãt
contra nos, seu officiales nostros in his quæ ad cõmissum eis officiũ perti-
nent rebellando. Vangiones. quos Vuormacienses modo uocamus, Vangiões
q̃ndã sic dictos uolunt, tametsi Raurici, Tribotes, Nemetes, Vangiones,
Vbii & si quæ similia magis loca ipsa q̃ singulas ciuitates uel urbes indi-
cent. Syluæ. a silendo dictam putant, alii ab ὕλη hyle quæ dicit̃ infor
mis materia ac prima rerum congeries. Horatius trisyllabũ fecit. Her- Hercinia
ciniæ. quæ & bacenis, qui se aut audisse aut adisse ad initiũ eius syluæ di
cat cum dierum iter lx. processerit, aut quo ex loco oriatur acceperit, neqꝫ
quisqꝫ est huius germaniæ, cæsar scribit libro sexto qui multa quoqꝫ in
hac sylua genera ferarũ nasci refert, quæ reliquis in locis uisa non sint, Ex
quibus est bos cerui figura cuius a media fronte inter aures unum cornu
existit excelsius. Sunt item quæ appellant̃ altes, harũ est consimilis capris
figura, & uarietas pellium, sed magnitudine paulo antecedunt mutilæqꝫ
sunt cornibus, et crura sine nodis articulisqꝫ habent, neqꝫ quietis causa pro
cumbunt, neqꝫ si quo afflictæ casu considerint erigere sese aut subleuare
possũt, Tertiũ est genus eorũ qui Vri appellant̃, hi sunt magnitudine pau
lo infra elephãtos specie & colore & figura tauri, magna uis eorum est &
magna uelocitas neqꝫ homini neqꝫ fœminæ quã conspexerunt parcunt,
Osus. Numeris Tacitum exprimit, Qui sed utrũ (inquit) Aranisci in
Pannoniã ab Osis germanorũ natione, An osi ab Araniscis in germaniã
cõmigrauerint, cũ eodem adhuc sermone institutis moribus utant̃ incer
tum, quia pari olim inopia ac libertate eadem utriusqꝫ ripæ bona malaqꝫ
erant, hæc in germania Tacitus. Vindelicus. ex Vindelicia quæ pro-
uincia Europæ secundũ Ptolemæũ rhetiam habet ab occasu & noricũ ab
oriente, Eam Licus amnis disterminat a rhetia, Ænus fluuius diuidit a No
rico, a septentrione Danubio terminatur, a meridie alpibus supra italiam
extensis. Rhetus. ex rhetia, quę regio Europæ est, quã refert Ptolemæ
us habere limites montẽ Adulam & fontes Danubii & rheni ab ortu Li
cum fluuiũ qui in Danubiũ exit & rhetiam a vindelicia diuidit, a septen
trione danubiũ & meridie alpibus terminatur, supra galliam cisalpinã.
Aspera prouincia. septentrionis regio, Proprie aũt prouinciæ dictæ

ſunt regiones longe ab italia bello acquiſitę, ꝙ eas romanus populus pro uicerit. Vnde Egeſippus ſcribit romanos cum in ius ſuũ uincendo redige rent procul poſitas regiones appellauiſſe prouincias. Prima omniũ Sicilia prouincia eſt appellata, ſicut docet Cicero in Ver. Prouinciarũ aliæ erãt conſulares, aliæ prætorię. Redigere aũt regiones in prouinciæ formã nihil aliud eſt q̃ ſublatis regibus & aliorũ principatu tributis impoſitis regionẽ ſubiicere romano imperio & ad eam gubernandã mittere præfectũ. Et qm̃ præfecti ad eas gubernãdas cum officio mitti ſolebant, factum eſt etiam ut ipſi magiſtratus & onus omne nobis impoſitũ prouincia appelletur, Eſt & prouincia regio galliæ Narbonenſis rhodano finitima, qui eã a Celtis ſeparat, hinc prouinciales dicti ſunt, qui ex prouintiis ſunt, ſiue ut Vlpianus inquit qui in prouintiis domiciliũ habent. Prouincialiũ nomiẽ omnes pręter italicos continebanĩ. Plinius iunior natu in octauo epiſtolarum. Italicus es an prouincialis. Idem in ſecundo libro. Ego & Cor. Tacitus adeſſe prouincialibus iuſſi exiſtimauimus fidei noſtræ conuenire, notum ſenatui facere exceſſiſſe priſcũ immanitate, & quę cõſequunĩ. Prouinciatim aduerbium ſignificat per ſingulas prouincias, Cede. in uel ob cedem uarianã qua nihil ut Florus ſcribit per paludes, perq; ſyluas cruenti⁹ nihil inſultatione barbarorũ intolerantius, hac clade factum ut imperiũ, quod in littore oceani non ſteterat in ripa rheni fluminis ſtaret. Romani uari, Germani uicti magis q̃ domiti mores Ro. magis q̃ arma ſub Druſo imperatore ſuſceperant, quo ſtatim defuncto Vari Quintilii libidinẽ ac ſuperbiã haud ſecus q̃ ſeuitiã odiſſe cœperunt. Auſus ille agere conuentũ & in caſtris ſe direxerat, quaſi uiolentiã barbarorum & lictoris uirgis & preconis uoce poſſet inhibere, At illi qui iampridẽ rubigine oblitos enſes inerteſq; cernerent equos ut primũ togas & ſeuiora armis iura uiderunt duce Arminio arma corripiunt, Cum interim tanta erat Varo pacis fiducia ut ne prædicta quidẽ & prodita per Segeſtem unum ducũ coniuratione cõmoueretur, Itaq; improuidũ & nihil tale metuentẽ improuiſo adorti, cum ille ad tribunal citaret undiq; inuadunt, caſtra rapiunt, tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodem quo cannenſem diem Paul⁹ & fato eſt & animo ſecutus, ex Floro. Hauſit. excepit, audiuit. Armorũ. bellicorũ, quid armorũ appellatione cõphendaĩ ex ſententia Cai iureconſulti relatũ eſt. Varro ab arcendo dicta exiſtimaĩ, ꝙ his arceãĩ hoſtes. Feſtus ab armis id eſt humeris ꝙ ab eis dependeãĩ deriuat, q̃d & triumuir Seruius approbat. Sed hodie non ſolũ hoc noĩe bellica ſed etiã omnium fere artium inſtrumenta intelliguntur, Sed & iam uulgo appellanĩ inſignia, qualia nobis clementiſſimus cæſar ſuperori anno cum nobilitaris ordinis honoribus & auctariis, tũ uberrima auctoritate. facultate atq; poteſtate tabellionũ, notariorum & iudicũ ordinariorũ creandorũ condonauit. Hoc nomẽ pluraliter tm̃ declinant, cũ ſit uniuocũ & plures res ſignificet, quarũ ſingulę habent ſua noĩa ut gladius ſcutũ & hmõi, uel ne ab armo artu corpis obliq eius caſus proferri uideãĩ. Germanus arator. eſt etiã in hoĩbus robuſtiſſimis & fortitudinis muro uallatis affectio q̃dã na

turalis atq; pauor ut uelint nolint ad repẽtinos fragores, ad ſubitaria pi-
cula, ad motũ terrę, ad ictũ fulminis inhorreſcãt, & colore mutẽt atq; pal
(leſcant

Nec ſic expauit ſubitis cum motibus alpes
Intremuere, minus bellacis tempore Othonis
Pertimuit claro primum cum myſtica cœlo
Defluxere, iuuat lachrymas effundere, multæ
Implorant ueniam ſcelerum cum patribus urbes
Æni concutitur pons, illius accola nudis
Incedit pedibus celebrans amburbia, tantum
Relligio potuit, minio color, & color atro
Nonnunquam ſimilis ſacris mantilibus ipſi
Sanguineis rutilans maculis inſigne triumphi
Vidimus, actæo confuſum pene liquore
Puniceo interdum fulgor certauerat oſtro
Interdum fuſci nigrantem nube coloris
Permixtamq; crucem rubro ſpectauimus olim
Nec morum diſcrimen erat, ſacer atq; prophanus
Iam conſperſa ſibi geſtabant myſtica, patres
Conſcripti & pueri, conſcriptus ſexus uterq;
Et templa & ueſtes, a ſumma cæſaris aula
Ad tenues uicos ad dura mapalia ruris
Cernere erat liquido deductum ex æthere ſignum

Subitis. repẽtinis, inopinatis. inſperatis. Motibus. terræ ſcili. hiatus Chaldęi & Babylonii terrę motũ ſyderibus aſſignãt, philoſophi aũt plę-riq; flatib' & aquis, q̊d hęc uiſcerib' terrę incluſa, dũ nitãt prorũpere motus iſtos & hiatus generẽt, ex q̊ Neptunũ q̊q; ipſũ gręcorum uetuſtiſſimi Ennoſigæũ & Siſichtona appellarunt, nã & Probus Valerius ex auctoritate M. Varronis tris præcipue cauſas probat, quibus terrę tremores eueniant, aiunt em̃ uentis in terræ uiſceribus occluſis exitũq; regrentibus fundamenta concuti, & his labefactis ſupiora contremere, aut etiam ex igne quem terræ ineſſe mons ætna & alii teſtantur, exuſta enim occidunt, nec ſine ſonitu & tremore ſubſidunt. Tertio ex aquis quę q̊dcũq; ſubſtinent delabi ſenſim in liq̊rẽ & ingentibus ruinis terra cõſũpta lacus maximos fieri, ut & Claudius Galenus aſtipulatur, Ariſtoteles naturæ conſiliarius

quem posterior philosophātiū meteorologorū secuta est ætas,exhalatio
nem & spiritum terrę mot⁹ rationē affirmat,explosis primū opinionib⁹
Anaxagoræ Clazomenii, Democriti Abderitæ & Anaximenis milesii
de quibus & Plutarchus in placitis philosophorū,dat philosophus decē
signa quibus proueniat terræ motus ex exhalatione & spiritu,post quæ
affert septem terræ motus accidentia.Seneca quoq; in quęstionibus natu
ralibus asserit spiritū esse qui terrā moueat,Plinius uentos inquit in causa
esse non dubiū reor,non em̄ unq̄ intremiscunt terræ,nisi sopito mari,cœ-
loq; adeo tranquillo ut uolatus auiū non pendeant,subtracto omni spiri
ritu qui uehit.Aristoteles eius rei causam dicit,ꝙ trāquillo tempore exha
lationes plurimę sint in terra reclusæ,& quanto plures maior fit,quāto ue
ro pauciores minor.Est em̄ spiritus continuus quē oportet aut intra aut
extra fluctuare.Pontanus uersibus quoq; omnis iam dictas terræ motus
causas elegantissime prosequitur. Ouidius similiter eius rei meminit,sed
obiter ac poetice magis q̄ philosophice,Cæterū Plinius maximus inquit
terræ memoria mortalium extitit motus,Tiberii cæsaris principatu xiii.
urbibus Asiæ una nocte prostratis,quarū nomina in annalibus Pamphi
li Eusebii quos diuus Hieronymus ut alia multa in sermonem latinū con
uertit legere licet,Reuera hic fuit ille motus de quo euangelicis literis in-
struimur.Notum nanq; est christū sub huius Tyberii tempus passum,q̄d
& gentiū monumētis intelligimus.Et illustris auctor noster qui huius ter
ræ motus alias meminit arbitratur Senecā in sexto naturaliū quæstionū
libro de hoc ipso motu antea scripsisse in hunc modū.Asia duodecim ur
bes simul perdidit anno priore,ob id ipse Picus quo loco eiusce terræ mo
Otho imperator tus memor cecinit,Tum terra horrendū intremuit. Othonis. primi ex
nobili Saxonū familia,quem signato epitheto bellacem appellat,nam ut
memorię proditū est,Vuenceslai Bohemi regis mortē ultus est,Hugonē
Parrhisiorū comitē superauit,Pannones germaniā deuastantes fœliciter
licet laborioso dubioq; primū marte,tandē ad internitionē usq; deleuit,
Berengariū italiæ regulū cū filio Alberto ceu factiosos regno priuauit,
Inde supplicibus cardinaliū duorum inuitatus literis Iohannē papā duo
decimū omi luxui deditum summouit,taceo reliqua & pene infinita glo
riosissimi huius principis egregie gesta quę ab aliis & in epitomate auun
culari latius explicantur. Mystica. miracula,prodigia signa scili.arca
nę & secretioris significantiæ, Defluxere. Ferunt nanq;(ut & paulo
post initiū eius mentionē feci)sub tempus huius Othonis plura prodigia
& præcipue in italia apparuisse,uidelicet lapides cœlum miræ magnitu-
dinis pluisse,cruentas quoq; cruces in multorū uestibus cœlitus esse dela
psas,Sed & anno uirginei partus M.cccc.xcij.ætatis meæ nono imperitā
te Fœderico tertio Austrio sapientissimo principe magni ponderis lapis
cui forma literæ græcanicę Δ quę delta dicit,aciesq; triangula fuit in En-
semium agrū in meridie cecidit,omnē uicinam regionē territando dela-
psus,ille lapis hodie uisitur in templo Ensemio & tanq̄ futurū omen ob-

seruatur Est aũt Enseim oppidum Elsaciæ superioris inclyto principatui Austriæ, a quo nunq̃ desciuit subiectũ, prouincialiũ causarum auditorio celebre, q̃d hoc tempore plurimũ honestat Hieronymus Baldũgus iuni or iureconsultus cui apud nos contigit q̃d illustris auctor noster Petro cri nito adscripsit. Vrbes. inhabitatores urbiũ quas mœnia dici uolunt, ab urbo aratri curuatura, quo in colendis urbibus utebant̃ ex ære, ut Põ ponius scripsit. Patribus. sacerdotibus quos nõ perperã sicut ex cano nicis scripturis apparet patres in religione nostra uocamus, sancti theolo gi ostiarios qui pro foribus templi astant, Lectores qui psalmos cum sa- cerdotibus & pontifice concinũt. Exorcistas qui ad soluendos energumi nos adiurationes callent, Acolythos qui ignem & aquã templo submini strant. Hypodiaconos qui in sacrario seruiunt, res sacras nonnullas mani bus tractantes, Diaconos sanctã stolam accipientes euangelium recitant Presbyteros uero ipsos sacerdotes qui iam sanctũ communionis cõficiũt sacramentũ, hos omnes nomine ministrorũ comprehendunt. Veniam remissionẽ, condonationem, dicta est ꝙ optanti adueniat. Scelerum. peccatorũ, iniquitatum. Ænipons. quod uulgo Insprugk appellatur, oppidum est modicũ famosum tñ & cantatissimũ tam ob regiam in eo sub nostrũ tempus sedem principũ Austriorũ ceu inclyti comitatus Ty- rolani dominorũ q̃ insigne & primariũ parlamentare consiliũ prioris pa triarum Austrię. Præses est huic ut cancellarius quẽ cõmentator Bononi ensis archigrammateũ mauult appellandũ sanguine, literis, moribus no- bilis Mattheus Chounus de Blasio utriusq; censurę doctor quo cum uno sub castro in autumnali Patauinæ nuper ciuitatis obsidione familiariter uersatus eius syncerã in rebus obeundis dexteritatẽ, masculã in ferendis laboribus, edendis literis dandis responsis uirtutẽ non tam uidi q̃ tacitus mecum sæpenumero sum admiratus, Q aũt Ænipontem acceperim pro Insprugk in eo plane usum cui nonnunq̃ concedendũ puto imitor. Non tñ semidoctorũ cõsuetudinẽ, quæ prorsus exigenda esset, quanq̃ nõ igna rus sum, uetustissimũ illum Æniponte cuius scriptores meminerunt aliũ q̃ hunc esse, Celebrans. agens. Amburbia. Priscis sacrificia erant in quibus uictima ambiebat urbem, ut ambarualia, quibus arua uictima ambiebat. Religio. timor cui dei cultus adhæret prorsus pius & sanct⁹, nam pœnam metuere magisq̃ deum amare culpa est, dum scilicet pecca re mallet quam abstinere si posset impune peccare, nec talis charitatem habet, quæ secũdum Iohannem foras pellit timorem, quoniam pœnam timor habet. Vnde Oderunt peccare mali formidine pœnæ, ut Ode- runt peccare boni uirtutis amore. Religio a religando uel relegendo de- ducitur, siue ꝙ & religio lex quædã, & lex item quodãmodo religio dici potest, Sed illa ad deum pertinet, hęc etiã ad homines pertinere potest, q̃ præter diuinã legem uel metu pœnarũ uel spe premiorũ ab ipsis legũ po sitoribus prędictorũ prenunciatorũq; aut impellunt̃ ad uirtutes, aut repell

Diuisio ordinum

Ænipons

lūt a uitiis,niſi eṁ paratæ probis dignitates & p̄mia p̄cōciperēt, pauci ex uulgo,q̄ uirtutis pcurrerēt ſemitā et in decretā improbis ſupplicia p̄noſcerēt,pauciores uitiorū uiā retrocederēt. Et q̄q̄ religionē in uniuerſū rectū dei cultū proprieq́; & cōſūmate chriſti legē intelligamus,nihilominus & particulares ſub ipſa lege chriſti uiuendi formæ ,quæ religiones dicūtur cōmuni loquendi uſu,& ab Anshelmo & Iohanne Gerſon facticiæ appellantur,ea forte de cauſa q̄d quanq́; deum habeāt primariū auctorē ab hominibus nihilominus introductæ ſunt & pontificia lege firmatę & a fundatoribus ſuis potiſſimū nominatæ.Recte igitur Mygetius auuncularis una ſola eſt religio,una ſola fides,una ſola uita chriſtiana,quam nos olim prophetæ,& poſt hac chriſtus deus & homo docuit,ex cuius ore ſacratiſſimo deinceps inſtituti euāgelicę hiſtorię ſcriptores,in qua per IHESVM chriſtum apertiſſime & omnē ambiguitatē & æterna fœlicitas ſeruatoribus promittitur,& incredulis & contemptoribus ſempiterna incendia interminantur.Cęterū ſi uocabulorū ſignificationibus recte uti uoluerimus quæ de falſo pendent cultu minime religiones dicendæ ſunt,ſed ſuperſtitiones,qua dę re copioſe Lactantius,& in de rerū prænotione auctor latiſſime explicat:Sciendum tñ apud celebres gentiū ſcriptores falſo deditos cultui & ſuperſtitionis & religionis mentionē factam,unde apud Maronem legit̄.Vana ſuperſtitio ueterūq́; ignara deorū,& Cicero ſuperſticioſos primo putat eos dictos qui totos dies precabant̄ & immolabāt,ut ſui ſibi filii ſuperſtites eſſent.Firmianus a Cicerone diſſentiens nomen ſuperſtitionis deductū ex his putat qui uel ſuperſtitem memoriā defūctorū colerent,uel parentibus ſuis ſuperſtitibus colebant imagines eorū domi tanq̄ deos penates. Minio color. Color eſt corporis qualitas uiſibilis Pythagorici colorē uocabant ſuperficiem corporis.Empedocles q̄d meatibus uiſus congrueret.Plato flammā ex corporibus prodeuntē accōmodatas uiſui particulas habentē.Zeno ſtoicus colores primus materiæ configurationes.Pythagorei genera colorū,album. nigrum.rubens.luteum differentias aūt colorum & nigrum,rubens ac luteum.Has aūt fieri mixtionibus quibuſdam elementorū eaſdem q́; inanimantibus propter locorum cœlorūq́; uarietates accidere, Tradit Ariſtoteles ſpecies ſaporū ut ſpecies colorū quadam ſimilitudine & proportione reſpondere, Qui eṁ in ſaporibus ſunt dulce & amarum,ſunt in coloribus album & nigrū. Et pinguis ſapor ut dulcis eſt,ſalſus ut amarus,& flauus color ut albus eſt,Liuidus ut niger,Et reliqui quadam ſimilitudine ſunt medii ſapores ſcilicet acre,auſterum,acutū,acidum,Colores uero puniceum,purpureū,uiride, ceruleum,poſſuntq́; hoc ordine digeri.

Album	Nigrum	Dulce	Amarum
Flauum	Liuidum	Pingue	Salſum
Puniceū	Purpureū	Acre	Auſterum
Viride	Ceruleum	Acutū	Acidum

Nūcupat aūt illuſtris auctor noſter quibus colorū ſpeciebus myſteria & ſigna dn̄icæ crucis uiſa ſunt, quorū color aliq̄n erat ſimilis Minio,q̄d græce μίλτον in librorū ſcriptura uſurpabat̄

ā chalia Atheniense primo in argētariis metallis inuentū,de quo Plinius auunculus lib.xxxiii.ca.vii. Vtimur & nos hodie minio in miniandis co dicibus cū literæ in eis maiores non tm̄ ex illo,sed etiam ex alia materia diuersi colores fiunt,& nonnūq̄ color signorū erat similis Atro. a quo atramentū quo scribimus q̄d scriptoriū Celsus,librariū Victruuius nun cupat,cuius cōpositionē docent Dioscorides.Plinius,alii.Atramētarium uasculū quo atramentū cōtinet̃,Hieronymus atramentariū scriptoris ad renes eius. Ipsi uidimus. Euocatio res grāmaticis nota,Aduertendū in pluratiuo numero licere de se loqui modestię gratia,quod in prima perso na utiq; licet,in aliis non licet,Neq;(ut imperiti arbitrant̃) leporis aut ho nestatis gratia quēpiā etiā dignissimū pluratiue cōpellaueris.Plus em̄ illi gloriæ attribueris,si solū hoc est singulariter q̄ si cū aliis hoc est pluraliter ipsū quippiā magnifice gessisse prædices,Nō ergo dices dignitas,amplitu do,maiestas.celsitudo aut excellētia uestra sed tua,nā noster & uester ad plures,meus & tuus ad singulos pertinent, Neq; dices,placeat uobis,sed tibi & dignitati tuæ.Contra aūt modestiæ atq; sūmissimi animi est de se ipo pluraliter loqui,quasi non sua solius opera quid effecerit,sed aliorū pręsidio fretus. Vnde & magistratus qui nō propria sed dignitatis aucto ritate aliquid pręcipiūt,pluraliter de se loquunt̃,ut nos Maximilianus di uina fauente clementia electus Romanorū imperator semp̄ augustus, ue nerabili Matthæo E.Gurcensi principi & consiliario nostro deuoto dile cto cōmittimus &c. Sacris. ad usū rei sacrę destinatis,qualia sūt uesti mēta quibus in sacrificio sacerdotes utunt̃ Mantilibus. species pro gn̄e mantile q̄d & manteliū linteolū est q̄ manus tergere solemus,quasi manu tergiū ut M.Varro interp̄tat̃,frequēs em̄ ad manus tergēdas fuit us⁹ mā tiliorū ut scribit Festus Pōpeius,Inde māticularia dicunt̃ ea q̄ frequenter in usu habēt̃,& quasi q̄tidie manibus tractant̃,Mappæ uero dicunt̃ q̄ sup̄ mensā sternunt̃. Actęo. ceruleo. Acte est urbs maritima uel literalis ce ruleus color qui & cyaneus subobscurus quasi niger,nigro uiridiq; medi us. Puniceo ostro.purpurę uiolacęę.Sciēdū em̄ est q̄ purpura piscis gn̄e conchili pro solis propinquitate colorē habet,Et puniceū quidē procreat africa id est quasi uiolaceū colorē.Tyros aūt rubeū,& hic punice⁹ color est in affirmatione ut purpureus qui nigricantis rosæ splēdore sublucet in negatione posit⁹ est. Fusci coloris. nō plene nigri,q̄lis est Indorū me ridionaliū & ęthiopū color. Ruber. ruber.a.um,seu rubeus & rufus ge neralia nōia sunt,q̄ quoq̄ modo rubēt,Etem̄ sanguineus,croceus,aureus ostrinus fulu⁹ flauus rubid⁹ phœniceus rutilus luteus spadicus rubei seu rufi colores sunt ut acuentes eū quasi incendentes,aut cū colore uiridi mis centes,aut nigro infuscantes,Gellius sed cū aliter rubeat ignis,aliter sang uis,aliter ostrū,aliter crocū,has singulas rufi uarietates latina orō singulis propriisq; uocabulis non demonstrat, om̄iaq; ista significat una ruboris appellatione,cum tamen ex ipsis rebus uocabula mutuent̃,& igneum ali quid dicit,& flammeum & sanguineū & croceū & ostrinum & aureum.

enim utriusq; nōis uis, uerū ut mapale prima correpta, ita prima produc magale profertur, De mapalibus inquit Salustius in Iugurtino bello, Cęterum adhuc ædificia Numidarū agrestium quæ mapalia illi uocant, oblonga incuruis lateribus tecta quasi carinę nauiū sunt. Magar uero pœnorum lingua uillam significare prodidit Seruius, Vnde & magaria scripsit nō magalia debuisse dici a Vir. canēte. Miratꝛ molē Æneas magalia qndā

Purpurea exceptum tunica, quod ferre senator
Formidat leui & matrona perhorruit armo
Quod stupuit trito positum centone colonus
Pauperis ad lychnum nati dum canabe pero
Consuitur, teneras lacerent ne tristia plantas
Constipata gelu, consertaq; uepribus arua
Miraturq; sagi tenuato stamine miles
Insculptum mortis uitali a sede tropheum
Miraturq;, simulq; pauet qui uasa sacerdos
Obnubit, celeri supra tectoria lapsu
Aduentare cruces, & lintea pingere pallet
Spectator, densusq; redit formidine sanguis
Ad fontem e riuis titubantq; in pectore fibræ
Nec non ueloces ageret cū turbida lympha
Præcipitata molas summo de uertice montis
Atq; excepta rotis tereret frumenta minister
Qui lassata uago stridore & pondere sacci
Pollineq; inspersus, placido dare membra sopori
Decernit, rubro sub tectis spargitur imbre
Olli per pectus, per crus, per colla, per aluum
Sydereæ extemplo pingunt insignia guttæ

Tunica. quā a tuendo corpe sic uocatā diximus, erat apud Romanos uestis breuior & sine manicis q̄ proprie uiris cōueniebat, ut lōgę fœminis. Plautus manuleatā tunicā appellauit manicas habentē, & Reuchlin noster manuleatā penulā, de qua in expositione nostra si meliores nō habueris uidere licet. Scripta sunt a ueteribus pmulta de uestibus & eorū gn̄e, sicuti a Suetonio Tranquillo. Cornuto, & aliis qui diligēter quęsierūt qbus etiā uocibus apud uarios populos signarēt, sicuti gręcorū Palliū. Sardorū

mastruga. Brachæ Gallorũ, Germanorũ rhenones, romanorũ toga, de q bus inter nuprimos scriptores Petrus Crinitus. Sed hoc loco notandũ ui detᷣ mihi aliqd in gñe de necessitate uestiũ, origine, de uarietate q̃q; luxu, uanitate, utilitate, colore, dignitate, De noĩe uestiũ q̃ supra diximus ne cõ stituto idẽ bis repetamus, q̃q̃ Plato q̃d pulchrũ esset sępenumero repeten dũ existimat, iã missa faciẽtes, de necessitate uestiũ non aliũde fœlicius au spicabimur q̃ a Mose qui prodit ex inobediẽtia factũ ut qui prius nullo tegimento indigi fuissent hoĩes idipsũ sibi perpetrato delicto q̃tocius pro curarint, raptis de fici arbore foliis, q̃bus pudẽda uelauerũt q̃ tũ primo pu dẽda cœperũt esse, mox pellicea uestis Adamo diuino ope coaptata est, Sed q̃ ad necessitatẽ solũ instituta, ad honorẽ etiã ptinere uisa est tpe pro cedẽte. Nã & polymita Iosephi & Samuelis palliũ, sacerdotũ etiã & regũ in sacris lr̃is uestes manifestanᷣ, multę certe & uariæ species & noĩa uel ex figura, uel colore, uel loco desũpta fuerũt, partim sibi dignitas ptĩ tpa, us⁹ & regio partim sibi uendicarũt, q̃ factũ ut hinc etiã lux⁹ & modestia, us⁹ & abus⁹ uestiũ deriuaretᷣ. Nã si qd noui fiebat id actutũ reputabatᷣ uel ad mollitiẽ, uel ad luxuriã ptinere. Si qd itẽ antiq reuocaretᷣ tãtũdẽ crimina batᷣ, Cõsuetudo tm̃ probabatᷣ adeo, ut q̃ olim dãnatę fuerũt, progressu tẽ porũ laudarenᷣ, Nãq; olim moris fuit manicis abstinere in uestibus cõfi ciẽdis, idq; luxui erat obnoxiũ. Vñ illud. Et tunicę manicas & hñt redimi cula mitræ. Fœmineũ q̃q; olim & molle etiã apud mollissimos Persas pu tabatᷣ uti ueste talari, diuturna uero obtinuit cõsuetudo, ut postea grauis simũ uirileq; haberetᷣ ac pene religiosũ. Nostra tẽpestate uiris principibus & admodũ egregiis non turpe ducitᷣ, quin maxime decorũ holosericis in dumentis uti, cũ tñ inter Heliogabali Antonini uesanias holosericæ hoc est totę ex serico uestes cõputenᷣ, sed & modestiæ quoq; Alexandro itidẽ romano principi ascribitᷣ ꝙ semel dũtaxat in consulatu pictã ueste indue rit. Apud hebręos fimbrię gestabãtᷣ, quibus etiã christũ fuisse usũ sacrę lrę nos edocent, ubi aũt ab italis recipi cœptę, inter regia ornamenta cõputa bantur, nunc passim usurpanᷣ, & tanto studio, ut quiuis e medio fimbria tus incedat, & multiplicib⁹ limbis honestetur. Multa aũt nobis tegimenti materies ętate nostra suppeditatᷣ, nã pręter ferrũ quo in usũ bellãdi uestes fabrefiũt, pter ouinã lanã cui⁹ bñficio multiplex nec ueteri seculo cognita lanę telę diuersitas pdit, ex fili & textrinę uarietate multifariã, pter bõbi cinas sericasue in uariũ etiã usũ ignotũ prioribus formatas, pter lineas & canabinas telas, Pellicea quoq; multæ nationes habẽt uestimẽta, nõ abra sa solũ, sed etiã pilis ipsis lanaq; referta, ut in nostris septentrionalibus pla gis conspicitᷣ, adde xylinę lanuginis pãnos in multifarios usus accõmoda tos, ex ęgypto quoq; et oriẽte caprinis hircinisq; pilis mercatores aduehũt cõfectas telas, tot aurei quoq; pãni uarię facies uidetᷣ, ut nihil iã reliquũ lu xui fiat, aurum superadditᷣ auro, rigẽtq; uestes & armaturas põdere supe rant, iã non amplius cõtenti aurei fili pictura, nec intertextis auro uestib⁹ nec purpureis pictisq; limbis, de coloribus taceo olim in pictura unus tm̃

aut plurimū quattuor, nunc in uestibus & laneis & bombicinis & auratis omnes in usu, nec simplices sed multiplices, uarieq; permixti, quando etiā ab eis qui cœnobiis addicti sunt si recte consyderes, omes præter uiridem colores receptos uideris. Nationes aliæ aliis constantiores in uestimentis & habitibus retinendis. Asia & Africa sui cultus seruātissima, uaria nimium Europa, & Galli potissimū q singulis pene annis uestes mutauere, q̄s itali sequūtur, postq̄ insubres eorum imperata faciūt, germani perseuerātiores tametsi nonnihil etiā immutasse uideamur, In hoc certe stabiles a multis seculis, q disp̄edia fugimus, neq; em̄ tam latæ in germania uestes quæ Tacito referente tegimenta gerebat singulos artus exprimentia, q̄d & Gallos obseruasse usq; ad ætatem nostrā asserunt & scribunt non pauci, Quanq̄ nunc in latissima & amplissima uestiū disp̄edia diffusi sunt, Hispania satis constans & ut arbitrantur in aliquo genere uestium ab antiqs non remotissima, q̄d sagi nomen indicat, ab illis ad nationes multas euagatum & maxime in italiā quæ non uestes solum sed peregrina om̄ia libētissime suscipit, At eo nunc unde digressi sumus redeamus. Tunica purpurea lato clauo, Nam ut legim9 scriptores uetustiores Latum clauū uestē uidelicet præclarā, senatoriā, dictatoriāq; uocarunt, a qua & senatores laticlauii, sed & apud eos tunica quoq; ut & subucula cuiusq; sexus & ordinis tegimentū deprehenditur, Matrona. dicitur q̄ in matrimoniū cū

Matrona

uiro conuenit ut in eo māneat, etiam si liberi adhuc nō sunt suscepti, qppe appellationē habet a matris nomine non iam adepto, sed cū spe & omine mox adipiscēdi, unde ipsum quoq; matrimoniū uocatū est, q̄m ea spe uir & uxor coniungunt, ut illa mater fiat, & ut hoc trāscursu notemus. Sacramētum coniugii quod q̄dammodo p̄uenit ecclesiā, cœpit em̄ in paradiso sua initia, est diuinæ coniunctionis & humanę symbolum, diuinæ christi æterni sponsi & ecclesiæ unionis, quę in somno christi in uiuifica cruce ex eius costa & latere formata est, unde sanguis redemptionis sponsæ, & aq̄ ablutionis eius in omni sanctificatione effluxit, & id mysteriū nos docet

Leuis

diuiniloquus Paulus ad Corin. v. Leui. tenero, molli, Persiūs. Trossulus exultat tibi per subsellia leuis, quē locum Scipio Venetus sic cōmentatus est, ad uituperationē spectat leuis id est politus, ephœbus, cultus, nitidus, & circa corporis cultum morosus, & nihil habens in se seueri iudicii Aut leuis id est citus in leuando se, cum antea bellis & laboribus equites assueti essent, Armo. humero. Humeri tn̄ proprie eorum sūt, qui recti in cœlū spectant, unde soli homini humeros esse dicimus, Armi uero sūt brutorum, q̄uis ut hic de hoībus quoq; dicantur, de quibus in progymnasmatis Reuchlinianis. Trito. inueterato, semilacerato, aut assiduo usu cōsumpto, quo & ferrū teritur. Naso. Ferreus assiduo consumit annulus usu. Centone. uestimento. Est em̄ cento ut apud Catonē legitur de

Cento

re rusti. uestis rusticorū, colonorum, sed & Macrobius dū scrofam sub cētonibus iacere scribit rusticā uestem esse declarat, Cento & pannū signifi-

cat ex mulcis & uariis consutum coloribus.Iuuenalis.Intrauit calidũ ve teri centone lupanar,unde centunculus diminutiuũ,& opus collectum ex uariis locis diuersisq; sensibus,& unũ perficiens significatũ, Ausonius de centone hæc.Et si pateris(ad Paulinũ inquit)ut doceã docendus ipse Cẽ to quid sit absoluam. Variis de locis sensibusq; diuersis quædã carminis structura solidat,in unũ uersum ut coeant,aut cesi duo,aut unus & sequẽs cum medio.Nam duos iunctim locare ineptum est,& tres una serie me-ræ nugæ,apud Sudam de centone hæc leguntur.

Quare miratur Aldus Perottũ Sipontinũ,qui de omnibus quidẽ ut de eo Crinitus penultimo capite ultimi libri de honesta disciplina scribit lite ris est optime meritus in commẽtariis Martialis,quos Cornucopię appel lauit a centũ deduci existimasse. Pero. genus calceamẽti rustici ex cru do corio contra imbres niuesq; ac frigora paratũ,ut graphice illustris no ster Picus describit dũ canit,teneras lacerent ne tristia plantas, Cõstipata gelu,cõfertaq; uepribus arua. Iuue.sa.iiii.Nil uetitum fecisse uolet,quem non pudet alto,per glaciẽ perone regi.Virgi.li.vii.Priscos latinos perone in bellis usos ostẽdit, uestigia nuda sinistri Instituere pedis crudus regit al tera pero.Peronatus qui perone calceat⁹ est,Persius in v.Nauim si poscat sibi peronatus arator. Canabe. crassiore filo.tela,Canabis Plinius me minit libri decimi noni capite nono,& Persius in penul. Tun mare transi lias tibi torta canabe fulto, Lychnum. lucernã.Varro lucerna a luce dicta est,aut ab eo q̊d uocant græci λύχνον.Plau.Lychnũ emunge parũp ut uideat anus ubi ponat pedes.Lychnus pensilis est quẽ uulgo lampadẽ uocant,de quo Plinius li.xxxiiii.Seruio uidetur lychinus dici non lychn⁹ ut apud eum est legere. Constipata. condensata. Gelu. frigore.Sed proprie glacies est dictum ἀπὸ τοῦ λύειν hoc est a soluendo terram,nam glacie proscissa terra resoluit. Sed pro frigore usurpatur,unde & gelidũ frigidũ dicimus.Hoc gelum & hic gelus,Lucretius in v. Assiduosq; geli casus mortalibus affert,& lib.vi.Demittit quasi sæpe gelum,q̊d continet in se. Actius quoq; in prometheo gelus posuit,ut Cicero in Arato genus pro genu. Vepribus. spinis,uepres tam in singulari q̃ plurali generis masculini secundũ Probũ.& fœminini secundũ Priscianũ, dicit̃ q̧ uehe-menter prehendat,Veprecula uoce diminutiua Cicero usus est, Vepretũ locus uepribus plenus. Sagi. Sagum uestis militaris,de qua Cicero in philippicis & Suetonius nõ uno in loco.Sagatus sago indutus,Martialis. Vis te purpureũ Marce sagatũs amem.Sciendũ uocabulo a sagis inclina to sagariã nuncupari negociationẽ, quando scilicet saga & id genus uesti menta emimus & distrahimus lucri faciundi causa,Quod iuriscõsulti eui denter docent,apud quos.ff.pro socio.l.cum duobus.§.penult. talis casus explicatur.Quidã sagariam negociationẽ inierũt,alter ex his ad merces cõparãdas profectus in latrones incidit,suamq; pecuniã perdidit,serui q̃q; eius uulnerati sunt,resq; proprias perdidit,dicit Iulianus damnũ esse com

Pero
Lychnus
Vepres

mune titulo quoq; de tributo, actione.l.procuratoris.§.si plures sic scribi tur duas negociatiões exercebat, puta sagariā & lintearia, Dicit aūt saga ria simpliciter & significat huiuscemodi negociatio, sicuti noie lintearię intelligit negociatio linteorū, itidē absolute dixerūt argentariā, sequestra riā aliaq; cōsimilia. Trophęū mortis. signū salutiferę crucis q̄d erit in cœlo cū dominus ad iudicandū uenerit, tūc manifesta erūt abscōdita cor dis nostri. Signate uero sacrosanctā crucē tropheū mortis secundę uideli cet & æternæ uocat, cū in ea sit expulsus mortis princeps, fugati dęmones & idola, ut superius nobis relatū est, Quadrat maxime christo trophęum (q̄d apud antiq̄s erigebat his q̄ hostes in fugā uertissent παρὰ τὸ τρέπω q̄d est uerto) q̄ fugauit dęmones & eorū tēpla & simulacra subuertit, Vn̄ Egnatius de quo supra ad philippenses scribit dæmonē cognoscere sibi in teritū ex confessione crucis. Hoc em̄ inquit tropheū est cōtra eius uirtutē q̄d uidens expauescit & audiens timet. Aduertendū aūt scribi debere iux ta uerā etymologiā tropæū sine aspiratione ratione originis iam positę, q̄m uersi fuissent hostes in fugā, antiquitus aūt ut enarrator Aristophanis prodit murū aut ingentē lapidē cōstituebant, in q̄ scribebant ea quę uicto res aduersus egissēt, Sacerdos, a sacris dict⁹, apud romanos uaria erāt sacerdotū gn̄a, de quibus plura cōmentator Bononiensis in seriis cōmen tariis. Fenestella itē Pomponius Lætus, q̄s uel ideo nuncupamus, quia ex ueteribus quicq̄d ea de re legerunt laconico & perbreui epitomate cōple xi sunt, literisq; cōmēdarūt, q̄dq; faciles emptu sint & repibiles passim. Sa cerdotiū mō sacerdotis signifi. dignitatē, ut est illud fungi sacerdotio, mo do sacerdotis prouentū, Nā apud gētiles ea sacerdotia fuerūt, qualia nos christiani propriori uocabulo beneficia appellamus. Sacerdotiorū aūt si cut & beneficiorū duo sunt gn̄a. Vnū q̄d sacris esset addictum locis, q̄ rei publicę aut principū aut pōtificū collegii collationis essent, Alterū q̄ ędis aut sacelli iuris esset a patre familias ea ratiōe erecti dedicatiq;, ut & sacro rū cura, & fructuū ipsius sacerdotii perceptio ad solā gentē familiāq; suā perpetuis successionibus deuolueret, quæ sacerdotia priscis gentilitia, bn̄fi cia a nostris iuris patronatus appellata sunt. Obnubit. tegit uel recōdit Pap. Obnubitq; comas & tēperat astra galero. Vasa. qualia sunt calix, sacrorū armaria, & id sacrificiorū usui genus dicatū. Tectoria, dicunt quæ ad tegendū pertinent, sed & pro illinimentis interdū accipiunt. Ce leri lapsu. repētina & inuisibili pluuia, Formidine. propter formidinē quā metū permanentē Cicerone auctore diffiniūt. E riuis. e uenis. E uel ex ornatius q̄ a uel abs ut obseruauit auūculus in gemmis Ciceronianis.

Ad fontē cor, q̄d secundū Aristotelē est fons uenarū, arteriarū & sen suū, & sicut ait Auicēna est principiū uirtutis uitalis. fōs uitę, et radix dicit ab interpte Galeni, et codri Hippocrates, uer; ex corde capit uena oīs ma gna cruorē. Quęq; graues pulsu mot⁹ arteria signat. Et cordi rubros hu mores suggerit epar. Sic nūq̄ sociaq; fide socioq; calore Deserit hoc illud neq; em̄ ualet igneus absq;. Viuere materię calor & producere quicquā

Fibræ. nerui antiq̃ ut Varro ait fibrā dicebāt extremū, vñ in sagis fimbriæ, & in iecore extremū fibra. Ponit̃ aūt nunc pro neruis quibusdā, nūc pro extremitatibus uel iecoris uel pulmonis & similiū. Sūt & ptenues uenarū meatus per q̃s sudor it. In pectore. aīo. mēte. corde, Titubāt. destituūt officiū fluctuātes ceu ebrii & infirmi q insistere pedibus neq̃unt, & ꝓprie titubare dicūt̃, q̃q̃ ad aīm trāsfert̃ ut hic, & apud Quintilianū, alios Lympha. aqua. Molas. dictę molę ꝙ his quadā mole res minutatim frāgant̃, ꝑcipuus est earū usus in moletrina q̃d pistrinū antiq, triuiales nūc molēdinū, ab asinis asinarię a maioribus dictę, Molis utūt̃ & plurimę officinę, & coq etiā ad intinct⁹ faciendos, hæ minores sūt q̃s a manu manuarias, a trudēdo trusatiles appellam⁹. Frumēta. a fruēdo ut legumina a legēdo, de qb⁹ M. Var. & Mar. Capella & Iulian⁹ de uerb. signi. Lassata. fatigata. Placido sopori. placidę qeti sōno, q̃ uires debilitatę reparāt̃, q̃d em̃ caret alterna reqe durabile nō est, Quęcūq; uirtus opationē hēt, cuius assidua & nimis diuturna peractione uirtus debilitat̃, necesse est ipsā opationē aliqñ intermitti & interpellari, alioq tota uirtus deficeret, ut in ambulādi uirtute uolandi & natādi exploratū est. Ordinauit em̃ natura qetē ad hmōi opationū alternatā interruptionē. At sensuū exteriorū organa, oculi aures nares manus pedes opationē hn̄t naturalē, q̃ si pluri q̃ par est tpe fiat, elanguescūt organa, igit̃ necesse est eorū opationē aliqñ intermitti Vigilia describit̃ esse sēsuū solutio & ab impedimētis eorū opationē ꝑpedientibus liberatio, cū sensus liberā suis operationibus impēdere possunt operā. Sōnus aūt est exteriorū sensuū ligatio, sentiēdiq; defectus & impotētia, ob excessum uigilandi. Attñ duplex est uigilandi excessus, prior ab ęgritudine ut morbo comiciali, aut lethargico, alter sine ęgritudine, sic & duplex est sentiēdi impotētia, hac ab ęgritudine, illa uero ꝑter ęgritudinē Sētiēdi aūt impotētia sine ęgritudine ob uigilādi excessū ꝓueniēs est sōn⁹ Igit̃ quicq̃d cōtingit uigilare, cōtingit & dormire. Nā aīalia semꝑ scd'm sēsus exteriores agere nō pn̄t. Hinc recte Ouidi⁹. Sōne qes rerū placidissime sōne deorū. Pax animi quē cura fugit, q fessa diurnis. Mēbra ministeriis mulces, reparasq; labori. Et ediuerso qcq̃d cōtingit dormire, cōtingit et uigilare, Nā posterior est dormitio & in negatione, prior aūt uigilia & in affirmatione, mō cui posteri⁹ cōuenit, & pri⁹ cōuenire necesse est, Dormitio q̊q; est ob uigiliā, ut nox propter diē. Per hoc aūt ꝙ somno succedit uigilia dephēderūt uiri doctrina ꝑstātissimi futurā hoīs resurrectionē, & iteratā aīæ cū corpe unionē. Est em̃ hęc mortalis uita ut uigilia, mors uero & aīę a corpe solutio ut sōnus, hinc morte soluti dormire in sacris lr̄is dicunt̃, & sōn⁹ imago mortis dr̄. Idē Stulte q̃d est sōn⁹ gelidę nisi mortis imago, cui succedit reuiuificatio hominis ut uigilia somno, sed q̃ nulla morte deinde finiatur. Quare quicquid dormit, a somno excitabile est, & natum uigilare. Cęterum qui somnum ab utili humore cerebrum madefaciente prouenientē ut medici tradūt recte capessit, multa cōsequit̃ cōmoda. Cibos em̃

cōficit,humores digerit,dolores ſedat,fatigatiōes ſolatur,rigida relaxat, animi ęgritudines obliuione delet,mētis inſaniā corrigit,tēpus ſōno accō modatiſſimū eſt poſt cibum,interdiu uero factus haud oībus idoneus eſt Id em̄ tempus quo dormiunt aliqui haud ſatis eſt,ut in eo cibi perfecte cō ficiant,intercíſa em̄ ante ſuam horā concoctione per meridiē exurgentes ſępenumero acidū ructant,flatibus implentur,nonnulli fluctuatione q̊q; moleſtant,niſi uel ex conſuetudine,uel quia ſatis dormierūt huiuſcemodi caſus effugiant,Nocturno aūt ſomno haud alius melior eſt,Siquidē nox ſuapte natura tum humore,tum tranquillitate ſomnū alliciens,coctionē perfectā efficit.Pręterea poſt nocturnos ſomnos magna ex parte ad excre menta deiicienda feſtinamus.Tēporis aūt ſomno debiti terminus ex ali- mentorum perfecta cōcoctione ſumit,quā tū ex ructibus,tum ex uentris contractione deprehendemus,poſt hanc excitatio non inutilis eſt utpote quæ concoctionis excrementa ad ſeceſſum agit. Sacci. & per diminu tionem ſacculi & ſaccelli ſunt nummorū receptacula ut docet Pedianus Aſconius.Saccariū Vlpianus titulo de cōtrahenda emptione accipit pro baiulo,dum inquit.Si quid ex ſacco ſaccarii cecidiſſet,ſed & ſaccus aliarū rerum eſſe receptaculum uſus ipſe cōmonſtrat. Polline. farina,ſed pro prie florem tritici ſignificat,dicimus pollis & pollen. Sydereæ, cœleſtes Extemplo. confeſtim cito ſtatim actutum ſubito repente.

Quarii ſtrepitus q̄ diſſona dogmata, quanti
Pro ſenſu capitum uario muſſare ſuſurri?
Crediderim dominum celſæ qui præſidet arci
Olim longa ſui potantem obliuia mundum
Vidiſſe,& ſignis uoluiſſe ſalubribus almę
Sæpius (utq; alias) excire ad limina lucis
Quandoquidem ſontes inferno ſuſtulit antro
Tartareus princeps furias,ſcelerumq; cateruas
Immiſit ſtygii reſerantes abdita fontis
Cuius mortifero dudum tenebroſus hiatu
Aera tabificum fumus pretexuit,inde
Anguſta occulitur cœleſtis ſemita uitæ
Inde crucis miſeros ueſana obliuia tentant

Quarii. dicit hominū uaria iudicia & multiplicia,& pene tot quot hominū ſunt capita de delapſis ſaluciferæ crucis ſignis relata,quæ nō plu rima fuiſſe,ſed innumerabilia quęſitiua comprobat uel admiratiua poti⁹.

õratio. Strepitus. clamores,& ad rudes ac ignauos referri poteſt,qua les montanũ uulgus ruſticum & plebei quoq; ſimplices & literarũ ignari prorſus,quorũ de ſeriis rebus iudicia & ſententiæ ſtrepitibus ſubitariis cõparantur. Dogmata. doctrinę.rationes.& ad literarũ peritos referendum puto,qui pariter diuerſi diuerſa decreuerunt. Quanti ſuſurri, uox facticia eſt ad utrunq; refero,ut ſit ſenſus & uulgi opiniones,& peritorũ rationes ſuſurros & incertos quoſdam rumores,& ſine fundo cõiecturas extitiſſe,q̊d deus uidelicet optimus maximus ſignorũ rationẽ humano ingenio incognitã uoluit ſed illis indignationẽ & irameius ob ingratitudinẽ ſuam atteſtatã,quod & illuſtris auctor noſter aſſerere ſua opinione uidetur,Dicim⁹ etiam ſuſurra.Naſo. Pro[illegible]rin adit linguaq; refert audita ſuſurra,hinc ſuſurrones maledici occulti detractores diſſenſionis concinnatores,gens deo odibilis,ut atteſtatur apoſtolus. Vario ſenſu capitum Sunt em̃ ut prouerbiũ habet tot ſenſus quot capita,Hinc Ouidius haud inſcite admonuit,Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figuræ,Qui ſapit in numeris moribus aptus erit. Muſſare. item muſſitare,& min facere dicimus illos qui uix proloqui audeant,ſed ſummuſſando in aliquo heſitantes apparent,ex quo adagio contra ſubuerẽtes quo circa ſic poeta Ennius in Roma.annalibus.Quod minimũ eſt neq;(ut aiunt)min facere audent.Quod ita Maro imitando emolliuit,quid fortuna ferat populi, ſed dicere muſſat,Sic muginari ueterũ uerbũ accipiendũ,cum quid molimur & quaſi tardius conamur,quidã hoc uerbum quod eſt muginari quãdo eius mẽtio incidit,ſubſcribendũ duximus,quaſi aſperum & minus latinũ deprehendunt,uel ut alii dixerunt obſcurum & inſolens effugiunt, quod tamen Crinitus ferendũ non pu[illegible]t.Ne illa omĩa pro abſurdis ac plebeis ſtatim recipiamus,quæ cum ueterũ uſus cõcedit,tum doctiorũ auctoritas defendit,ut ab ipſo Crinito obſeruatum eſt lib.x.ca.v. Crediderim. credo.Nec em̃ ignorandũ eſt q̊d & auũculus in Ciceronianis gemmis obſeruauit.Subiunctiuus modus pro indicatiuo & illius tempora pro huius tẽporibus haud illepide ponunt,ut uelim ſæpe pro uolo & gererem pro gerebam,dilexerim pro dilexi,feciſſem pro fecerã,fuerit gratũ pro gratum erit,feceris ꝓ facies. Id oĩm multo ornatiſſimum ſi opportunis locis agat̃, quod ubi factitandũ ſit peritorũ aures facile cenſebũt. Quamobrẽ exercitatio adhibenda non mediocris,quę omniũ magiſtrorũ præcepta ſupat, Q; ſi quis nouerit græcas literas,ei quod modo explicauimus non difficile perſuadetur. Olim. aliquando. Vidiſſe. præuidiſſe,prænouiſſe ſimplex pro cõpoſito. Mundum, humanũ genus,quod mundo ſublunari cõtinetur. Longa obliuia ſui. dei ſcilicet,& notat in cordibus hominum extinctã charitatẽ & imperitans in uniuerſo terrarũ orbe uitium & iniquitas.Nam ſublata charitate quod futurũ hebræorũ theologi carmine cecinerunt,nulla conſtare poteſt uirtus homini,ut Tarſenſis Paulus tam uere q̃ pie prodidit.Sed & chriſtus docuit humanũ genus charitatẽ

esse omniũ uirtutum maximã,nec tñ docuit & præcepit etiã,præceptiq;
exemplũ prodidit,qui humanitate recepta innumeros labores & erũnas
tulit,ut homo qui sua culpa ruerat aliena ope restitueret̃,quin etiã diligite
uestros inimicos dixit atq; hic benefacite qui uos oderunt,sed quã id san
cte præcepit tam integre præceptor optimus seruauit,nota uox eius,quũ
ab impiis cruci affigeret̃.Ignosce inquit his pater non em̃ uident qd agãt,
exemplũ sane vnicũ atq; oĩm prẽstãtissimũ & quod si quis rite obseruet,
deo multo similius q̃ homini sit. Signis. miraculosis argumentis. Ad
limina. ædem,templũ,cultũ,obseruantiã. Almæ lucis. nutrientis,con
seruãtis,uiuificantis christi fidei,religionis,ecclesię charitatis,sine qua bea
ri nunq̃ quisq̃ poterit,hinc scriptũ est maior horum charitas. Tartareus
princeps. dæmon. Sontes. noxias.Ælius stilo sonticũ existimauit pro
noxio dictum,unde sontes homines pro obnoxiis & deperditis,et sontire
uerbũ ut refert Pompeius,pro eo q̊d est in re aliqua obesse & grauiter no
cere.quæ tñ uox propter nimiã antiquitatẽ atq; insolentiã magis intelli-
genda est q̃ usurpanda,ne illorum ingenia scribẽdo imitemur,qui suis in
eptiis ac friuolis affectationibus impudentissime contaminant latinã eru
ditionẽ, De morbo sontico non eadẽ est relatio,at Marcus iuris ciuilis le
gumq; peritissimus qua in re morbus ille a febri differat cum de habẽdis
probandisq; iudiciis differit,apud poetam Neuiũ sontica causa pro iusta
& legitima exponitur,Sonticã oportet esse causam q̃obrem perdas muli-
erẽ. Furias. quæ secũdũ poetas eos qui in flagitiis atq; sceleribus fœde
uixerunt,per tartarum raptant in herebũ & chaos,ubi impiorũ regio est
danaidũq; puellarũ irritus labor,ad explenda aquis cribra nequicq̃ niten
tium,ibidemq; tantali sitis, Titii uiscera, Sisyphi saxum perpetim quidẽ
reuolubile,& cætera id genus. Cateruas. cateruæ dicuntur ordines pe
ditum,ut turmæ equitũ,ut notãt grãmatici. Stygii. infernalis.Styx pa
lus inferni ex inuidia nomen traxit,qua & dęmones & eorũ satellites cru
ciantur, ἡ στὺξ τῆς στυγὸς τὴν στύγα ὁ στύγιος ἡ στυγία τὸ στύγιον ὁ στυγικὸς ἡ
στυγικὴ τὸ στυγικόν. Cuius. stygii fontis. Tenebrosus fumus. caligino
sa transitoria & mundanorũ concupiscẽtia. Tabificum. tristem,pesti
lentem,quo tandẽ a desyderiis animæ suæ soluũtur,& ad perpetuas exte
riores tenebras damnantur,ubi ne guttula quidẽ aquæ lugubriter petita
concedetur ad refrigeriũ. Inde. ex pręsentium apparentiũ bonorũ,diui
tiarum,uanæ gloriæ,honoris immodici potestatis & cætera,amore quo
creatura creatori anteponit̃,ex corrupto sensitiui appetitus seminario.
Angusta.. arcta,de qua dominus in Matthęo,Intrate per angustã por
tam,quia lata porta & spaciosa uia est,quæ ducit ad perditionẽ,& multi
sunt qui intrant per eam,Quod Iuuencus elegãtissimis numeris sic expres
sit.Ite per angustã iusti super æthera portã.Quã lata & spaciosa uia est,q̃
limite leuo.Pręruptũ conuoluit iter caligine mortis.Innumeręq; illam pe
netrant per prona cateruæ. Celsaq; uix paucos ducet per scrupea uirtus

At si quos nimiũ fallax illexq; malorũ. Planicies suasit deformi lubrica lapsu. Arripit hos, pronosq; trahit uelut impetus amnis. Aut alacer sonipes ruptis effrenus habenis. Aut rectoris egens uentosa per æq̃ra puppis. Constat prohdolor in omni mortaliũ gñe nullo omino excepto ipsos homines ad iniqua agenda multo uigilantiores esse q̃ ad bona. Id q̃q; apud gẽtes monuit Pythagoras Samius qui ut ad uirtutẽ hoĩes alliceret, & a uitiis absterreret docuit uirtutũ quidẽ semitã uideri primũ difficilẽ sed incredibilẽ animi quietẽ atq; iucunditatẽ parere. Contra uitiorũ latas uias facilles omĩbus patere, sed in miseros animi remordente cõscientia cruciatus impellere, neq; quicq̃ pręter pœnitentiã producere. Et quo id rudibus oculis manifestius obiiceret υψιλὸν hoc est y tenue ipsis ita figurari monstrauit, ut in ipso omnẽ humanã uitã discere possent. Habet em̃ talẽ figuram ut basis seu fundamentũ q̃d ad discrimẽ bicorne sese extendit acta infantiæ nostrę q̃ neq; bona neq; mala sunt significet, Deinde ubi ad biuiũ puenerimus hoc est ad uerũ discrimen boni ac mali, dicebat, nos libere ex libero arbitrio nostro in utrãuis partẽ uoluerimus progredi posse. Siquidem in dexterã q̃ uirtutis est tendere uoluerimus sũmis opibus primũ enitẽdũ esse, sed ad amœna loca nos puẽtũ ire, sin ad sinistrã q̃ uitiorũ est declinauerimus facilẽ quidẽ aditũ esse, sed durissimũ instare exitũ. Verba Pythagoreorũ a Gellio relata hęc sũt, Διουποτῶν πυθαγορείων οὕτως ὑρῆ ταιγνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήμα τ' ἔχοντας ὡς τῶν βλάβων ἑκάστοις παρ' ἄν τοῖς γινομένων καὶ καθ' ὁρμὴν αὐθων ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων καὶ κατὰ τὴν αὐτων διάνοιαν καὶ πρόθεσιν .i. Nosces homines spontaneas haurire calamitates quasi detrimenta singulis a se ipsis fiant, et suo impetu delinquant & in incõmoda ruant, sua uoluntate atq; proposito Propterea negant oportere ferri audiriq; homines aut nequam aut ignauos & nocẽtes & audaces, qui cum in culpa & maleficio reuicti sunt, perfugiunt ad fati necessitatem tanq̃ in aliquod fani asylum, & quę pessime fecerunt ea non suæ temeritati sed fato esse attribuenda dicunt. Semita uia, iter, apud iurisconsultos uia, actus et iter distinguuntur, Iter em̃ est ius eundi, ambulandi hominis, non agendi iumentum uel uehiculum. Actus est ius eundi ambulantis hominis & agendi iumentum, non aũt uehiculũ Via est ius eundi, agendi iumentum & ducẽdi uehiculum. qui ergo uiam habet, habet & actum & iter, qui actum habet etiam iter, sed nõ uiam habet, qui uero iter habet solum ius eundi possidet, nam iter ab eũdo dicitur & est quasi itio. Vnde facere iter non est aliud q̃ ire, quasi facere itionem, seu profectionem. Habere iter est debere ire, itaq; iter est ipsa itio, sed via est spacium per quod itur, facere uiam est ipsam reficere, Dicebatur etiam antiquitus ita, unde semita quasi semi id est dimidiata ita. Callis est locus callo pedum tritus. Callus uero est ille uortex seu illa duricies in manibus & pedibus quam ex frequenti agitatione contraximus.

Semita

Callus

Veſana obliuia crucis. & mortis & paſſionis chriſti ſaluatoris noſtr ac proprie immemores proſperitas & mundanarū rerum affluentia pro libidine & nutu noſtro efficiunt, & ſignate miſeros nos uocat, nam obliti propriæ dignitatis, obliti patriæ, patriſq; cœleſtis, mundo nos mancipia facimus, & una cum illo miſere uiuentes, morientes miſerius, miſerrime tādem ęternis ignibus affligemur, Nec perperam ueſana obliuia dixit, ut ſcilicet, ſignificaret ſtudia mundanorū meras eſſe inſanias. Magna em̄ profecto inſania euangelio nō credere, cuius ueritatē ſanguis martyrū clamat, apoſtolicæ reſonant uoces, prodigia probant, ratio confirmat, mūdus teſtatur, elementa loquuntur, dæmones confitentur, Sed longe maior inſania ſi de euangelii ueritate non dubitas, uiuere tamē quaſi de eius falſitate non dubitares, maximæ uero & extremę dementię eſt, ſi nihil minus q̄ in uia dei immo longe magis in peccatorū uia fatigamur (vn̄ illa uox damnatorum Laſſati ſumus in uia iniquitatis) ibi nolle nos laborare ubi a labore itur ad mercedem q̄ ubi a labore itur ad ſupplicium.

Hinc regina mali forte indignata ſiniſtris
In cædes & bella ruit ſitibunda cruoris
Præcurritq; rotas ſciſſo diſcordia crine
Succeſſus belli ſi forte arriſerit, illinc
Ambitio erumpit rebus tumefacta ſecundis
Tumq; infrenis amor lucri, tum lurida gliſcit
Ingluuies, ſtudioq; omnes excerpta per artus
Spurca Venus, laſſis nimiū quę uiribus hauſta
Et parit ignauos animos, et torquet atroci
Inuidia, & partos diſperdit prodiga cenſus
Sic ſeptemplicibus craſſatur perdita uinclis
Bellua multorum capitū, quibus impete ſeuo
Deiectā legimus quondam Babylona ſuperbā
Quam nec crudeli populaſſet milite Cyrus
Nec centum crebro nutaſſent ariete portæ
Nec geneſis falſo luſiſſet dogmate mendax
Stellarum uariis intentus curſibus augur
Ni prius hoſtiles hauſiſſet perfida mores
Quos noſter pudet heu iam dudum accerſiit orbis

Quosq; recens babylon haustos cumulatius ambit

Scisso discordia crine. mutuatũ apud Petroniũ arbitrũ qui in carmine de bello inter cæsarẽ & Pompeiũ discordiæ imaginẽ graphice & erudite expressit,q̃d ego apponendũ putaui,Intremuere tubæ ac scisso discordia crine Extulit ad superos stygiũ caput huius in ore, Concretus sanguis,cõ tusaq; lumina flebant.Stabant irati scabra rubigine dentes.Tabo lingua fluens obsessa draconibus ora. Atq; inter toto laceratã pectore uestẽ. Sanguinea tremulam quatiebat lampada dextra. Regina mali. Siquidẽ nihil in quacunq; re publica calamitosius atq; pestilentius est q̃ capitũ disparitas. Tũc eñ seditiones factionesq; exoriũtur,& ut scriptum est regna inter se diuisa desolant̃, sicuti præsens nostra ætas abunde intelligit, qua subcrescentibus passim italiæ fluctibus ac discordiis,Galliꝫ reges illam inuadentes pessime affecerũt,Nobis igitur petendũ a deo q̃ diligenter & assidue ut istiusmodi seditiones atq; discordias effugere possimus,qm̃ id a Catone ciuitatis uenenũ uerissime est appellatum,sicuti & M. Agrippa asseruit,qui multũ se debere Salustianæ sententiꝫ professus est, quo loco egregie ac prudenter inquit.Concordia paruꝫ res crescunt,discordia maxime dilabunt̃,quod experientia rerũ omniũ magistra non uno docuit euentu

Sitibunda cruoris. est profecto humani generis Mauors homicida cruentus.Sitibunda uehementer sitiens,Hæc eñ nomĩa quꝫ desinunt in bundus exuperantiã quandã uehementiãq; potius q̃ similitudinem demonstrant,sicuti copiose diligenterq; perscripsit in notis Seruii. Successus. euentus bellorũ q̃ dubii uarii sunt & subitariꝫ mutationis,Nam ut in omĩbus reliquis mũdi rebus ita in hisce bellicis uidelicet instabilis fortuna maxime principat̃. Testes sunt ueteres & nouæ historiæ,& nostra ætate uno uictus p̃lio Lodouicus Sphortia florentissimo excidit principatu,sed uix tã celeri desperatione cessit,q̃ta paucis inde mẽsibus uirtute & indole Mediolanũ ac circũiectas urbes recepit,exercitum instaurauit,Gallos p̃culit, eratq; iã uictor quũ recẽtior uis multo priore infestior in hostiũ potestatẽ deiecit,subita militũ defectione proditũ,ut in tam breui successu ampliat⁹ a fortuna dici possit nõ adiutus.Sed & res Neapolitani regni ita notꝫ sũt, ut iam sit illud in ore multorũ,esse illud regnũ asino perq̃ simile,qui clitella cum sarcinis deiecta sistit cursum,& agasonẽ respicit,onus iterũ subiturus. Legimus nuper libros quattuor Cantalicii episcopi quibus heroico carmine p̃cellenti dulci,terso,suaui,iucũdo,uario,hoc regnũ neapolitanũ Aragonensibus ex Gallorũ mediis faucibus haud longa t̃pis intercapedine bis restitutũ refert uirtute Gondisalui Ferdinandi catholici & Aragonensis exercitus imperatoris,a cuius & noĩe operi suo Gonsaluia nomen dedit, quo & tẽperarias res anguigeri principatus aliarũq; inseruit,opus posteritatis dignũ lectione. Ambitio. q̃ est cũ ad publicos honores & magistratus turpibus atq; inhonestis artibus & blãdiciis,p̃cibus, largitione cõtendimus. At secundũ Dionysii sententiã est inanis gloria sequens

imaginẽ decoris & desideriũ exitialium uoluptatũ Claudianus cuius q̃q; sententiæ auctor noster illustris subscribere uidet̃ cecinit amb itionẽ aua- ritiæ nutricẽ fœdissimã, quę uestibulis foribusq; potẽtũ excubat, & preci- is cõmertia pascit honorũ pulsa simul. Rebus secundis. prospera fortu na, quã nil aliud esse philosophorũ quidam arbitrati sunt q̃ inopinatũ rei euentũ, nec his multi numero assensi sunt. Sed multo maior pars hominũ longe aliter opinata est, esse fortunã deam quandã cui potestas sit, res hu- manas ad libitũ uertendi, sed stulta mortalitas circa hæc caligat, quũ mul to æquius queant omnia q̃ fiunt ad diuinã prouidentiã referri, exemplo Iob patientissimi iustissimiq;. Infrenis amor. immoderata pecunię cu piditas, cuius auidi sumus a natura, de auaritia sic locut⁹ est Seneca in epi stolis. Admirationẽ parentes auri & argenti fecerunt, & teneris infusa cu piditas altius sedit, creuitq; nobiscũ deinde totus populus in aliis discors in hoc conuenit, hoc suscipiunt, hoc suis optant, Infrenẽ uero scite & signate lucri cupiditatẽ dixit, qm̃ insatiabilis est & immoderabilis, neq; em̃ copia neq; inopia minuitur, Cætera uitia & locorũ & temporũ sunt, ac mẽsura quadam certoq; fine cõtinent̃. Cupiditas sola & domi & foris & terra & mari & pace & bello & in ocio & negocio dominat̃ ac regnat. Luxuria cessat in sene, hæc tũc ita inualescit, ut nulla libido maior, nulla rabies acri or, Superbia non capit abiectũ & inopem excruciat, Iniuria modũ habet in mora, hęc nullũ terminũ hẽt. Post feritatẽ homicidii parricida ingemi- scit. Blasphemus post furorẽ se cogit, iracundus dimisso stomacho conqui escit. Auaritiæ uero neminẽ uideas pœnitere. Iuge est em̃ & semper excres cens ac sine fine peccatũ, cui possit quisq̃ nulla ratione mederi. Ex quo il- lud horrendũ est in euangelio dictũ. Facilius est camelũ transire per fora mẽ acus q̃ diuitẽ intrare in regnũ cœlorũ. Lurida. liuida pallida. Inglu uies. gula uoracitas. Gliscit, crescit. Virgi. Haud secus accenso gliscit uiolentia Turno, ex hoc uerbo glires dictos uoluit Seruius. Gulæ deditus sui immundo q̃ homini similior, facilis ad iram, facilis ad seditionẽ, facilis ad luxuriã, facilis ad blasphemiã, deorũq; cõtumeliã, facilis ad secreta re uelanda, ad amicos prodendos, & ad om̃ia deniq; mala facienda, contra ad nullam uirtutẽ paratus. Spurca Venus. libido. luxuria, de Venere post principiũ diximus, dixit aũt spurca, qm̃ illiciti cõcubitus & oblectati ones ueneræ spurcę obscenæ & fœtidæ, suibus congruæ. Ideoq; ut alibi opinatur illustris auctor noster, ea animalia ueneri gentes sacrificabant, q̃d ex Antiphanis Callimachi Zenodonti monumentis colligit̃ ἀργεῖοι ἀφροδίτῃ ὑσθύουσι καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται ὑστήρια id est uerbũ e uerbo, argi- ui Veneri sui sacrificabant, & celebritas uocat̃ suilla, sane uiderũt illi inter tot tenebras immundũ animal immundę libidini congruere, Et parit ig nauos animos. inertes, pigros, & significat̃ acedia & tristicia, cuius mole pondere uidelicet & grauedine cum piger animus, tum pigerrimũ corp⁹ redditur, ad obeunda uirtutis officia, quin & imbecillũ, infirmũ & morti-

feris morbis obnoxiũ, sic omnes uere qui ocio & gula & uenere abutunt Multaq; rei huius exempla apud plærosq;, cõtraq; uitæ diuturnitas & robur corporis ex labore & continentia coitus & temperantia uictus prodit, De gorgia Clearchus memorat, Gorgiãq; ita produnt supra centum annos uixisse, interrogatũ uero quanam uictus ratione usus omniũ sensuum integer seculis perdurasset. Nihil inquit unq̃ uoluptatis gratia peregi, nascitur aũt ex illicito & damnato amore tristicia, hæc bonorũ operũ, & ex ipsa spurca uenere prodit & inuidia, de qua abunde superius. Est enim impatiens consortis, tum Venus prodiga disperdit, dissipat partos cens⁹, patrimoniũ & hereditariã fortunã. Sic. ad hunc modũ & ut paulo post repetemus. Belua multorũ capitum. diabolus. Iohannes in mysticis. Si quis adorauerit bestiam & imaginẽ eius, & acceperit characterẽ in frõte sua aut in manu sua, hic bibet de uino irę dei, q̃d mixtũ est mero in calice iræ ipsius &c. Nec aliud est adorare diabolum, leonẽ rugientẽ, bestiã atrocissimam q̃ illius suggestus peccatores & mũdi filios admittere, soliq; temporariæ fœlicitati attendere. Septemplicibus uinclis. laqueis septem uidelicet capitalibus uitiis. Iram aũt sub nomine discordiæ comprehensam crediderim, Crassatur. insidias tendit, scit nanq; dæmon iniquus septem hæc uitia cęterorũ seminariũ esse, & segetem uberrimã. Item quia nostrę animę uires ob iusticię originalis defectũ nõ omnino robustissimas animaduertit, multas nobis molit̃ insidias ut in ea labamur. Maxima quippe effectus inuidiã humano generi ad cõparandas fœlices illas sedes destinato, q̃bus ipse superbia priuatus est, & ad inferos detrusus om̃es dolos intẽdit, ut careamus eis & sui supplicii consortes efficiat. Is itaq; uersutissimus hostis ob diuturnam experientiã offendendi ueluti bellicę artis peritissimus dux debiliores partes aduersi exercitus ut expugnet uigil & irrequet⁹ excogitat, modo inuidiã explorat, qua de aliorũ bonis affligamur, modo uestigat iracundiam, ut cæteris impatiẽter insultemus, modo acediam satagit prouocare, ut de diuinis bonis tristemur, & ad quærendas oblectationes sensuum deficiamus, Nunc auaritiam prætẽdit, qua diuitiarum amorem deo & saluti hominũ & proprio corpori præponam⁹ Hinc gustum delicatis saporibus irritat, quorũ gratia uel ieiunia ab ecclesia indicta soluam⁹, uel in proprii corporis perniciem crapulemur, hester noq; mero male semper oleamus, deoq; interim posthabito proprium uẽtrem pro deo colamus. Illinc renes excalfacit, delinit, scalpit, imaginẽ obscenam ostentans, ut ueluti sus uolutabro mersi in illicitis uenereis actib⁹ nos ipsos sepeliamus, sæpissime mundi gloriam ante oculos mẽtis uibrat cuius splendore halucinati captiq; eidem insudemus, quo strategemate sanctissima etiam opera eorum hominum qui ad perfectionis culmen iã iam attingunt sæpe uitiat atq; commaculat. Sed hac præda seuientissi (ma belua non contenta, ultra progreditur, perscrutatur,

ri maturę qua ratione possit efficere,ut ob nostrā sequendā gloriā ipsū de
um cui soli debetur gloria floccipendamus.Quibus quidē machinamen
tis antiqui hostis cui nulla par est auctore Iob in terra potentia,reliquisq;
preliis quibus a propria concupiscentia & a mūdo petimur,quō & christi
primum & demū propię mortis memoria p̄ualentes esse possimus relatū
est antea. Babylona. Vrbem Chaldeæ a Semiramide conditā.Assy
riæ cum alia multa sunt magna oppida,tum uero celeberrimi noīs ac va
lidissimū Babylon,in ingenti planicie situm,forma quadrata,murus eius
& lateribus & bitumine constabat,ut est apud Herodotū.Diodorū.Plini
um,alios. Superbam. nobilē.magnificā,excellentē populo ædificiis di
uitiis.Lucanus.Cūq; superba foret Babylon,& apud Maronē & alios in
hoc significatū. Cyrus. Persarū rex qui subegit Asiā & uniuersū orien
tem in potestatē redegit,regnauit annis xxx.continuo successu totius tem
poris admirabiliter insignis,Cui tādē ab hostibus scythis trucidato cū du
centis millibus Persarū successit filius Cambyses,qui imperio patris ægy
ptum adiecit,De Cyri uero genere infantis eius expositione & a cane ei⁹
nutritione,Babylonis quoq; expugnatione ac centū eius æreis portis abū
de in primo meminit Herodotus. Ariete. trabe quæ habet in sūmo fer
rum instar capitis arietini,quo muri cōcussi dirimunē,Licet nūc obiter tor
mentorū uoces & apta bellis instrumēta percēsere,testudines.arietes.fun
dibalæ,asseres.balistę.arcubalistę.arrobalistę.harpagones.exostrę.falces
musculi.trifaces,q̄ ex balistis emittunē, Fustibuli.catafractæ,plūbatæ q̄s
uocāt martiobarbulos.onagri.heliopoles.plutei.sambucę.p̄la.scorpiones
q̄s manubalistas appellant,ambulatoriæ turres,tribuli.sarissę.poliorches
uineæ.tellenones,phalæ,& ex quibus intorquenē phalaricæ, nominanē
etiā tragulę.bipennes et crates metallæ.Plura aūt instrumēta bellica repe
riunē apud gręcos in Athenęi & Philonis cōmentariis,apud romanos ue
ro auctores nō Flauius modo Vegeti⁹ de his,sed Ammianus Marcellin⁹
& Pollio Victruuius ad Octauiū Augustū scripserunt, Mendax augur.
Ariolus diuinaculus planetarius futurorum coniector,Sed hic ut plærīq;
omnes boni nominis auctores pro astrologo desumit,dū addit stellarū ua
riis intentus cursibus,quibus Babylonii indagandis dediti fuere,ut ab au
ctore nostro copiose explicatū est in libris de rerū prænotione.Cæterum
Auguriū a Phrygibus manasse putatū est,licet alii a Chaldęis ad gręcos,
a græcis ad æthruscos,ab æthruscis ad latinos ductū uelint,Id ipsum pro
responsis deorū suorū qnq; sumpserunt gentes,Vnde illud in iii. ęneidos
Auguriis agimur diuum.Aliquando etiā pro communi rerum omnium
coniectatione & diuinatione sumptū uidet̄,& ab auctoribus latinę linguę
persæpe ita usurpatur,proprie tamen circa aues diuersatur,ab eisq; & ge
rendo quasi auigerium,siue ab earum garritu nomen tulit. Auspiciū aūt
ab inspiciendis auibus dictum est,quibus de rebus fit ut promiscue qnq;
acceptum,aliudq; pro alio positum appareat,quanq̄ auspiciū proprie dici

uideatur id quod pro rerum exordiis capiebatur ex gestu uolatuq; auiũ. Vnde factũ ut rerũ initia & ductus auspicia uocarentur. Sed hæc eorũq; diuinationis species quæ de auibus pependere ceu uanitates & deliramenta unico nomine augurii sacræ literę detestantur, Gentes inquit Moses ad populum uerba faciens augures & diuinos audiunt, tu aũt a domino deo tuo aliter es institutus, & alibi, Nõ augurabimini, & iterũ, non inueniat in te qui obseruet auguria. Falso dogmate genesis, artis diuinatorię quã diuinaculi & arioli qui & Chaldæi a romanis & planetarii uocantur profitentur, natiuitates hominũ contemplantes & futura prędicentes. Vt aũt intelligamus non a christianis modo, sed & ab antiquis istiusmodi hoĩes maxime derisos & explosos, apponam senarios aliquot ex Accii Ennii et Paccuuii fabulis uenustos admodũ & elegantes. In libris igitur M. Ciceronis (qui de diuinatione inscribunt) Pacuuianũ hoc est ex tragœdia Chrisyppi inuenies. Nam isti qui linguam auiũ intelligunt, plusq; ex alieno iecore sapiunt q̃ suo magis audiendũ q̃ auscultandũ censeo, quin & ipse Q. Ennius (ut apud eundẽ Ciceronẽ) sic eorũ improbitatẽ detexit, qui sibi semitã non sapiunt alteri monstrant uiam. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmam ipsi petunt, de his diuitiis sibi deducãt drachmam, reddãt cætera. Neq; minus eleganter Accius poeta in scribendis tragœdiis summus ut in atticis legitur, Nihil inquit credo auguribus qui aures uerbis ditant alienas, suas ut auro locupletent domos, Et contra istos Phauorin⁹ philosophus in hunc modũ lepide concludebat, aut aduersa inquit euẽtura dicũt, aut prospera, si prospera & fallunt, miser fias frustra expectãdo, si aduersa dicant & mentiãtur, miser fias frustra timendo, Sin uero respõdent eaq; sunt nõ prospera, iam inde ex animo miser fies, anteq̃ e fato fias, si fœlicia promittant, eaq; euentura sunt, tum plane duo erũt incõmoda, & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurũ gaudii fructũ spes iam tibi deflorauerit, Nullo igitur pacto utendũ esse dicebat istiusmodi hominibus qui uanis pręstigiis ac sycophantiis imponunt atq; decipiunt. Quos etiam Gellius uir graui consilio in rebus humanis eruscatores improbos & sycophantas appellat, ex quo lycus ille Plautinus in penulo comœdia q̃ lepidissime inquit. Heu heu q̃ ego habui ariolos, haruspices. Qui si quid boni promittunt pro spisso euenit. Id quod mali promittunt præsentariũ est. Et Antonius Codrus Non mirum est inquit astrologos esse inconstantes & inter se non conuenire, cum cœlum ipsum quod metiuntur omniũ sit inconstantissimum, Idem omittamus omnia alia inuenta quibus astrologi prędicunt aliquem diu uicturum, qui puer moritur & illum puerum cito moriturum præiudicauerunt qui nunc senior est. Cursibus. motibus. Stellarum. scilicet erraticarum, nam & fixæ sunt eandem semp̃ adinuicem propinquitatem & distantiam seruantes. Hinc secundum philosophos octaua sphæra aplanes siue inerratica nuncupatur. Erraticę aũt stellæ numero septem alio nomine planetæ uocantur, quæ sydera in sin-

gulis cœlorum inferiorum sigillatim collocata,& modo sibi inuicem pro pinquiora modo remotiora errare & uarie moueri uidẽtur. Noster or bis. præsens mundus,seculum. Recens Babylon. sub audi idem ipse noster orbis,mundus,id est homines sub hoc tempus terram inhabi/ tantes. Ambit. quærit,contendit. Cumulatius. feruentius.ardẽ tius abundantius.

Sed nec tam tumidam uictrix te græcia quondam
Reddiderant cæsi Marathonis in æquore Persæ
Non delusa Rhodo,tergo non fulta Platonis
Non Demostheneæ raptata uolumine linguæ
Ne ue stagereo motu peruecta tonantis
Ad solium,tanto pereuntis ludicra famæ
Aut studio aut plausu quondam deposcis inani
Q̃ nunc imbelles laudum mentita trophæa
Ostentant fastu,quam plebs ignara tumescit

Græcia. latum nomẽ græcię Homeri tempestate ut est ex Odyssea col ligere,& Pausanias scribit eam quæ suo tempore grçcia dicebatur multis in locis barbaros tenuisse, ad Siciliam etiam & italiã usq; propagata est, cuius pars magna olim græcia dicebatur,ut etiam Hieronymus annota uit. Persæ. progenitos Persas arbitrantur ex Persæ filio Persei Dana es filio ex Andromeda genito quæ fuit Cephei filia. In æquore. cam po,planicie, Marathonis. uel herois græci, a q̃ idẽ cãpus marathonius Persarũ clade celeberrimus,uel ciuitatis atticæ distantis ab Athenis pass⁹ circiter decem millia,in cuius campis Ataphernes & Dathis Darii Persa/ rum regis prçfecti cum centum millibus peditũ & decem millibus equitũ ab Atheniensibus solũ decem millibus armatis consilio & industria Mir ciadis præfecti profligati sunt,& adeo perterriti,ut nõ castra sed naues pe tierint,ut late describit Herodotus,& Gellius meminit. Non delusa rho do. insula prius ophiusa dicta,& mox stadia deinde thelechinus,eo ꝙ thelechines insulam incolerent.Hanc aũt in Lycia insula Mela scribit,So linus addit ꝙ nunquã ita cœlum nubilum est ut in sole Rhodos non sit. Strabo docet ꝙ Rhodiorum urbs portubus uiis & mœnibus & cætera

fabrica tantum alias excellit,ut nullam ei æqualem nedum præstantiorẽ præferre ualeamus. Multum uero maluit ipsa rhodos rerum gestarũ gloria,uel ideo non delusa rhodo,quoniam nonnulli rhodios fascinatores et maleficos fuisse arbitrantur,quicquid sit ex hac insula cõstat prodiisse plures imperatores & pugiles illustrissimos,quorum meminit Strabo, Religiosi milites qui beato Iohanni dicati sunt insulę eius curam & ditionem hodie tenent,quo se recepisse post perditam hierosolymam dicũtur a Pio pontifice maximo. Tergo Platonis. philosophi clarissimi & omniũ nominatissimi,de quo singulari uolumine Laertius. Fuit homo egregio habitu corporis,lato pectore & integris uiribus.Nam exercitatum ferũt aliquandiu apud Aristonem palęstritem,quare dixit fulta tergo. Tu aũt metaphoricos eius uiri diuinam & omnium gentium philosophorum sapientiam excedentem accipe,de quo merito græcia (patria enim Atheniensis) sese iactitare poterat,theologiæ Platonicę tuba extitit, nostra ętate Marsilius Ficinus qui restituit Plotinum.Iamblichum,Porphyriũ.Proclũ.& plærosq; alios Academiæ principes,Sed Iacobus faber (quẽ apud amicos cum de re literaria sermones facimus) pium appellare soleo, Nã & in minus etiam seriis operibus pietatis literas quæ solæ ueræ sunt commendat q̃ diligenter multa putat Platoni ascripta,quæ neq; dixit neq; cogitauit,neq; nouit.Faceturq; impune posse legi Platonem,quos uero iam noĩauimus & Platonicos credimus secus.Facile aũt lector Fabro nostro aspirabit,si diligẽter ruminabit quam scripsit scholiam in diuinum & beatum patrem Dionysium,quem ut & Petrum,Ioannem.Bartholomæũ, Lucam.Paulum negat fuisse Platonicos,sed longe supra & Platonicos et philosophos omnes.Ex sexcentis aureis literis annotãdis sententiis & Platonis scitis q̃d frequens ut uir rerumpublicarum consultissimus aperte dicebat subscribendum putaui,nullo scilicet modo iustum imperium uel ciuitatem appellandam,in qua popularis improbitas,summa quęq; rei publicæ munera tractare præsumat.& utinam docti & piarum literarum cultores utriusq; theologiæ christianæ & legalis in primis professores ac harum alumni philosophię studiosi post sudores superatos & attenuatas patrimonii sui uires possent consequi sacerdotia æque ut mulotribæ & ministri ad tyberim.Sed quid ad tyberim? cum & apud nos prohdolor gentilicii iuris sacerdotia ad delectum fauoris non uirtutis aut meriti referant, Quod q̃ calamitosum sit,& rei publicæ christianæ q̃ pestilens auunculus meus scripsit quẽ non ego sed alter quidã triũuir appellat uirum laudatę artis,sed uitæ laudatioris,qui primus inter germanos musis mansuetiori bus manum porrexit,suæ tamen professionis non minus propugnatorẽ acerrimum,ueritatis & fidei tenacissimum,cuius ingenium ad euigilandas lucubrationes nec hodie conniuet,hominem laboris & lectionis apprime studiosum,Sed uirtus p̃sens (ut ille triũuir subdit) pinde ut ius inter

Iacobus Vuimpfe lingus

barbaros honoratur, quanq̃ Pittacus γνῶθι καιρὸν & quidam non erudi te modo sed eleganter nimis, Frõte capillata post hæc occasio calua &c. Sed iam ad Platonẽ redeo, cui ceu magistro quantũ Aristoteles cõcesserit ac uersus in ara ab eo positos inter cætera de eodẽ relatu digna cõtra phi losophastrorũ opinionẽ in progymnasmatis Reuchlinianis nuper enar rauimus, nunc hoc loco dũtaxat annotantes. Qꝫ idem Aristoteles Plato nis nomen sanctũ atqꝫ diuinũ uocitabat, egregiãqꝫ orationem de Platonis laude cõposuit, ut ab Olympiadoro proditũ est, Mitto autẽ iam illud q̃d Annæus Seneca de magis Persarum tradit, ꝙ hi quidẽ Platoni defuncto immolarũt, qm̃ suo natali decessisset, annũqꝫ unũ supra octogesimũ absol uisset, sine ulla prorsus additione uel deductione, asserunt em̃ inter alia suę doctrinæ dogmata, eũ esse omniũ perfectissimũ numerũ, quẽ nouies no uenũ multiplicant, qua ætate Platonis philosophi fuisse interitũ constat, Hinc Labeo Romanus theologus eundẽ Platonẽ inter semideos ut Her culẽ ac Romulũ referendũ putauit. Demosthenę linguę. q̃ fuit omniũ gręcię oratricũ princeps, Demosthenes ex Δημοσ id est popul⁹ & σθένος hoc est robur cõpositũ est uocabulũ. De Demosthene sic Valerius. Quã matrẽ Euripedes aut quẽ patrẽ Demosthenes habuerit, ipsorũ q̃qꝫ seculo ignotũ fuit. Alterius aũt matrẽ olera, alteri⁹ patrẽ cultellos uẽditasse pene oĩm doctorũ lr̃æ loquunt̃. Scriptũ est ab his qui oratorũ mores et uitã ex plicarũt fuisse Demosthenẽ in uestitu cultuqꝫ corporis nimiũ affectatę uenu statis atqꝫ elegãtię, q̃d illi etiã probro & quasi dedecori ab inimicis est ob iectũ. Hic Demosthenes (nã & alii fuere) pro ignauo et maxime timido ac cusatus est, quin & notũ est & in cõmẽtariis celebratũ eius dictũ, de sua ipsi us desidia, Nã cũ is passim pro ignauo & inerti accusaret̃, ut q apud Che ronæã in bello segniorẽ se gessit, & fuga salutẽ sibi q̃siuit, peleganti hoc uersiculo respõdit, suisqꝫ accusatoribus illusit, ἀνὴρ ὁ ingt φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται latine sic, uir fugiens & denuo pugnabit, quã & sententiã Ter tulianus mutuatus est. Hic & in propria causa dicturus prius tradit̃ aufu gisse q̃ in iudiciũ deuenerit, q̃d etiã in M. Cicerone turpi⁹ & indigni⁹ uisũ est, De morte Demosthenis nõ una est relatio, alii spõte sibi intulisse. alii cõ tra inuito illatã referũt mortẽ. Stagereo motu. Aristotelico. Nam inter eos q de cœlo & mũdo scripserũt copiosius qdẽ & ueri⁹ exposuit, q̃tũ hu mano ingenio concessũ erat, qua origine, quo motu, quibusqꝫ partib⁹ cẽ seri debeant. quanq̃ cũ Aristotele non sit sentiendũ de mũdi perpetuitate Q̃m ex sempiterno motu tanquã ex effectu arguit mundum esse sempi ternum, ut octauo physicorum habetur, & in libris de cœlo obiter repeti tum est, Aristoteles iste quem philosophum summum & scriptorem elo quentissimum & doctissimum totus mundus extollit, ac pene adorat (fu erunt enim & alii hoc nomine docti uiri) natus fuit patre Nicomacho ar tis medicinæ peritissimo, & Amyntæ Macedonũ regi charissimo Stagi ris loco thraciæ alioqui uili nisi nomine Aristotelis celebratus esset, Cor pus non usqꝫ quaqꝫ integrum. Nam exilia habuit crura & paruos oculos

Fuit in eo tanta ingenii acrimonia, tanta studendi sedulitas, ut nullum do ctrinę genus reliquerit quod non tentauerit, nullū tentatū fuerit, quod nō optime didicerit, et melius inueniendo, componendo, disputando reddide rit. Quare Plinius secundus illum summū in omni scientia uirum appel lare non dubitauit, pręceptor fuit Alexādri Philippi regis qui quanto stu dio & affectu praeceptorē prosecutus sit, legimus apud Plinium, quanq̄ in quorundā commentariis eundē inueniamns Alexandrū mutato animo fuisse contra praeceptorē, eumq; deinde capitali odio fuisse insectatū, q̄dq; esse uerum & illud admodū insinuat, q̄m Alexandri mors ex ueneno illo stygiae aquae non sine infamia Aristotelis excogitata creditur. Athenis in Lyceo docere coepit suo more inambulās, vn̄ ab eo peripatetici id est deā bulatiui philosophi dicti sunt. Solebat aūt & mane & uesperi se exercere, ut mane quidē legeret libros q̄s appellabat ἀκροαματικοὺς id est auscul tatorios in q̄bus philosophia remotior subtiliorq; agitabāt. Vesperi uero quos uocabat ἐξωτερικοὺς id est extrarios, & hi ad rhetorices ciuiliūq; re rum noticiā conducebant, Cum uero tredecim uel ut alii uolunt triginta annis Aristoteles Athenis docuisset, illinc in Chalcidē Euboię urbem dis cessit, accusatus q̄ dogmata quaedā in philosophia protulisset, quę deorū cultum minus probarēt, & illic quoq; multos habuit auditores, pręcipue Tirtamū, cui propter diuinā eloquentiā Theophrasti nomē imposuit, ad quem eius sectatorū cohors ipso uita functo cōcessit. Cum aūt literis ami corum ad reditum uocaret̄ in hunc modū respondit, ex Athenis pridem recessimus idq; eo animo factū est, ne forte causā Atheniēsibus daremus, iterum scelus cōmittere, sicuti in Socratē cōmiserunt, ne ue impie contra philosophū rursus fecisse incusentur. Periit aūt secundum aliquos naturae morbo, secundū alios malo ueneno, annos natus fere tris & sexaginta, q̄s latini scansiles, graeci κλιμακτῆρας appellant, secundū alios ad septuage simum uitae annū peruenit, Mirū est q̄d alii de causa eius mortis referunt, illum scilicet naturā Euripi septies in die fluxum mutantis admiratū, nec causam cur id fieret inuenientē ex moerore in morbū, ex quo non conua luerit incidisse, Quod absonum a uero non uidetur, q̄m ingentes cogita tiones corporibus affectis & magnis ingeniis sępenumero mortē afferūt, ut de morte Homeri memoriae proditū est, qui cum ut in insula piscato rū quaestionē ipsi propositā nesciuisset soluere, tristicia uictus uitā finiuit De praestantia Aristotelis licet multi multa, nos hic tamen ut adolescentes iam iam philosophiae operā dantes tanti uiri dignitate & excellentia exci tentur ad meliora, & tales si fieri possit esse nitātur (cū illius diligētia factū sit) ut nihil omissum uideatur, quo minus utranq; uitam nobis paremus. Fuit nanq; in logicis rationalis subtilissimus, in physicis mundanus philo sophus, in ethicis totus prudens & actiuus, in polyticis iuriscōsultus, in me taphysicis sacerdos atq; theologus, duobus aut summū tribus cōtenti eri mus testimoniis, Cicero doctrinarū latinarū lux prima in oratione sic de

De Aristo tele

Aristotele iudicauit. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus uel inueniẽdis uel iudicandis acrior Aristotele fuit? Quintilianus eadem fere aliis uerbis pronunciauit & Aristotelicũ caput quinqȝ preciosissimis unionibus ornauit, Quid Aristotelẽ inquit quem dubito scientia rerũ an scriptorũ copia an eloquendi suauitate, an inuentionũ acumine, an uarietate operum clariorem putem, Diuus quoqȝ Hieronymus (nisi inscriptio falsa sit) ad Eustochiũ quãuis pro fide christiana confirmanda Aristotelẽ appellet fatuorũ sapientũ principẽ, tamen eum absqȝ dubitatione prodigium grandeqȝ miraculũ in tota natura fuisse non negat, cui pene uideatꝛ infusum, quicquid est naturaliter capax humanũ genus. Scimus aũt omẽs tantã fuisse Aristotelis doctrinæ excellentiã ut innumerabiliũ pene philosophorũ ante se opera uel nõia obscurauerit, & ipsum q̃qȝ Platonẽ quẽ diuinũ omnes studiosi appellãt, & ita facundũ ut si ipse Iuppiter de cœlo descenderet, nec elegantiore nec beatiore facundia uteretur, adeo cadere & obmutescere fecerit, ut oppido q̃ pauci illius sectatores hac tẽpestate reperiantur, Ex tot philosophorũ sectis Aristotelica nunc uiget, nunc celebratꝛ nunc totũ orbem occupauit, & uigebit & celebrabitꝛ in freta dũ fluuii current, dũ montibus umbræ lustrabunt connuexa polus dũ sydera pascet.

Ad soliũ. sedem & intelligo cognitionẽ. Tonantis. dei, quẽ ipse primũ opificẽ motorem appellat, nam nõ uno loco & p̃cipue in viij. physicæ disciplinæ nititur Aristoteles ex admirabili ordinatione naturæ nos euehere ad consyderandũ summã ordinationẽ & pulchritudinẽ primi opificis sumptã maxime motus ratione, q̃d hoc loco illustrẽ Picũ nostrum exprimere crediderim. Motũ definiunt esse alicuius in aliquo aut acquisitionem aut deperditionẽ, seu actũ entis in potentia secundum ꝙ in potentia, Eiusdẽ sane sentẽtiæ cũ diffinitione prima. Nam ꝙ hic dicitꝛ acquisitio aut deperditio alicuius, illic dicitꝛ actus in potentia, secundũ ꝙ in potentia, & ꝙ hic dicitur in aliquo, illic denotatur per gtm̃ entis designantẽ subiectũ in quo est motus. Vocatur aũt motus alio nomĩe mutatio siue transmutatio. Suntqȝ motus sex species generatio, corruptio, augmẽtatio, diminutio, alteratio. Mutatio secundũ locũ quæ & latio & localis motus dicitꝛ, & ille triplex est, rectus, circularis, mixtus siue neuter, Sed hos perscrutari officium est physici quẽ mundi labor agitat. Pereuntis famæ. Quot doctissimorũ hominũ uolumina, quot fortissimorũ uictorię cum nominibꝰ etiam suis perierunt. Q̃ꝫ si mundus semper fuit & semper erit ut Aristoteli placuit, nihil sempiternũ, nihil immortale pręter ipsum, uel propter exustiones, uel propter diluuia, quę statutis accidunt temporibus seruari potest, Immo aliquando hæ literæ quibus nunc utimur peribunt, & aliæ resurgent, & fortasse sępius extinctæ, sæpius resurrexerunt. Si uero mundus ab immortali deo per ignem consumendus est, multo minus tibi immortalem famam sperare conceditur, sed diu quantum fieri potest nomẽ producere dulce est. Verum, sed quid diu dicẽdum est q̃d finem aliquando habiturum sit? Nolo hic in eam sententiam dicta plurium concinnare, qm̃ properamus soluere lora, in ius ab impa. Iustiniano uocati Sceuola postu

lante. Ex antiquis tamen uiris fuere quidã in titulis & honoribus nimis ambiciosi, q̃les Athenienses & Lacedæmonii & Romani quoqꝫ ut apud Pliniũ legere licet de laudibus Pompei magni. Qꝫ nunc rebelles. sensus ita a superioribus accipiendus. Græciã etiam quæ iustas magis causas habere uisa, insignis scilicet Persicæ cladis, diuinæ Platonis sapientiæ, incomparabilis Demosthenis eloquentiæ, & nunquam satis admirati Aristotelici acuminis non tãto studio, blando & inani plausũ, aliquando quæ siuisse transitorie & caduce umbram, ludicraqꝫ famæ quanto hodierna tẽpora uel ignaua, & minime gloriolæ affectandæ argumenti expertia cõtendant, enitanturqꝫ uana gloria ostentare, ficta mentitaqꝫ trophæa laudum, et ne in speciem descendamus omittimus etiam cucullatorum circa hæc studium quod & Codrus taxauit, Nec auunculo nostro ꝙ hoc hominum genus nutriat qui inuideãt cuiq̃ mirum sit, Nam ut in apostolico ordine qui magistrum & dominũ traderet osculo discipulus inuẽtus, ita nostro etiam tempore, qui non solum seculariũ præcellentem eruditionem opprimere, sed & mystici uiatici rationem in uota sua explẽda traducere conati sunt, quare quotidie, quid quotidie, quin horatim ac momento q̃cunqꝫ orandum, & ne nos inducas in tentationem.

Molliciem subde & luxus quos prisca tarenti
Fama reformidat, quos nescit Apicius odit
Atqꝫ Philoxenium guttur, quos reiicit ille
Qui sceptro indignus tractauit serica pensa
Et Sybaris parcæ spernens opsonia mensæ
Sed quid achemeniis quæsitam regibus olim
Immanem uenerem (pudet heu memorare) prophani
Nomine damnãtur qui non admiserit, omnes
Quotquot collegit uitiorum roma cloacas
Assyrium tyberi cum iam admisisset Orontẽ
Mox propriis opibus, propriis ruitura sub armis
Iam dudum excipiunt, insultant Maurus & afer
Ægyptus, libye subsannat, thracia ridet
Nec fidei monitis auscultant, uincimur aiunt
Colluuies scelerum, uitiorum fœtida nubes
Hinc illuc pridem migrauit, perfida turba
In christum laxant impune repagula, nobis

Non impune datum si christum lingua lacessat
Virginis & nomen nobis non spernitur almæ
Sed nec sacra dei nobis, nec templa nec aræ
Venduntur, dominis quo tandem cernimus usq;
Insultare canes? purgemus noxia, rectum
Firmemus, nostris opus est indicere bellum
Moribus in primis, mox bella inferre prophanis

Molliciem subde. Vult præsens seculũ non modo priscorũ gloriam famam, superbiã, sed & quæcunq; eorum uitia lõge superare, quare dicit subde hoc est adde studio scilicet inani laudũ ignaræ plebis et imbellis populi. Molliciem & luxus quos prisca fama tarenti reformidat, Tarẽtinos ob agri fertilitatẽ delicatos fuisse nemo est qui ignorat. Nam & Maro dixit saturi tarenti. Iuuenalis madidũ. Flaccus uero molle tarentum. Molliciem, delicias. Nam ut Aristoteles in septimo ethicorũ tradit. Deliciꝫ sunt mollitudines quędã. Luxus, immoderatos sumptus qui immoderatos illicitosq; affectus consequunt. Huic obnoxio uitio saluberrima frugalitas (quã auũculus meus singulari libro extollit) opposita est, Nam ut hæc ipsa fuit uitæ hominũ recenti mundo iucunda nutrix, & comes non insuauis, ita luxus immoderatiq; sumptus primũ nos parẽtis omnium naturę quæ modico contenta est immemores reddens, maiori nos afficit q̃ dici possit malo. Sunt aũt huius uitii q̃d ex hoc illustris Pici nostri loco facile deprehendi potest, omnia fere exempla recẽtia, ac si qua uetustiora sunt, eo minus insignia. Quos nescit Apicius. ut iam diximus pręsentes lux⁹ & immodestiã dicit eos esse, quos uel Apicius uel Philoxenus & alii quantũcũq; luxui dediti culpare & damnare possent. Apicius omniũ nepotum altissimus gurges, scientiã popinę professus disciplina sua seculum infecit, qui tandem ut seuientis gulæ imperio censum dilapidauit, ueneno uitam finisse tra[illegible], Guttur. collũ, quod ut gruis instar ad diuturniorem oblectatio[illegible] haberet optauit Philoxenus ab omnibus fere taxatus:

Et ille. qui sceptro, regno, imperio indignus & immeritus, tractauit serica pensa, dicit & significat Sardanapalũ ultimum regem Assyriorũ qui omni deliciarũ mollicie defluxit perditissimus, ad quẽ (ut eum uideret) uenit Arbactus unus suorũ præfectorũ, q Medis præficiebat, uix aũt admissus eum tandem inter pellicũ greges reperit in habitu muliebri purpuram colo nentẽ et pẽsa inter uirgunculas dispensantẽ (q̃d inuit illustris Picus dum dicit tractauit serica pensa) oculorũ lasciuia anteuntẽ omnes, indignatus aũt Arbactus hoc effœminatũ monstrũ uiris præesse, bellũ infert. Sardanapalus uero primũ latibula quęrens, mox uecors ad bella truditur, superatur, in regia receptus accensam pyram cũ suis diuitiis conscẽ

dit,& molliciẽ uindicibus flammis exuit. Neq; eñ indignũ fuit tm̃ facinus ne aliis cederet in exemplũ, quãq̃ Aristoteles primo scribit ethicorũ. Habet aũt rationẽ φ cõplures eorũ qui sunt in potestatibus constituti, pinde atq; Sardanapalus uiuũt, iustis ultricibusq; flãmis expiari. Hic post obitũ suum in sepulchro inscribi mandauit tale epigrãma. Ede, bibe, lude. Cũ te mortalẽ noris, p̃sentibus exple. Deliciis animũ, post mortẽ nulla uoluptas Nanq; ego sum puluis qui nuper tanta tenebã. Hæc habeo q̃ edi, quæq; exaturata libido, Hausit, at illa manent multa & p̃clara relicta. Hoc sapiens uitæ mortalibus est documentũ. Sed timeant qui ut Sardanapalus uiuũt audire ex iusta dei sñia mortis preconẽ, ante a nobis citatũ, & (ut dicit Horatius) horribili tuba sonãtẽ. Lusisti satis, edisti satis atq; bibisti, Tempus abire tibi est. Timeant item & uindices ęternasq; flãmas mundanarũ uoluptatũ amatoribus debitas. Serica. scribit Eustathius Seres gẽtem scythicã dare serica indumẽta, non quidẽ (ut quidã tradidere) ex arborũ lanugine nec uermiculorũ sub teniis sed ex florib⁹, proptereaq; uetari ab eis pecudes ne prata detondeant, Idem est auctor byssum quod esse gen⁹ lini candidissimi plærisq; uolunt ex herba colligi. Et Sybaris parcę sper nens obsonia mensæ. Sybaris oppidũ uicinũ crotoni, ut testis est Herodotus lib. v. Stephanus in italia cõstituit, aitq; postea Thurion appellatũ, vñ Sybaritæ dictæ gens in architectura uoluptatũ operosissima Suida teste. Luxu deliciisq; adeo notabilis ut quicquid effœminatũ, quicqd molle, qc qd accurata atq; ambitiosa luxuria paratũ esset uulgo sybariticũ diceret, unde Ouidius in lib. tristi. ij. scribens ad Augustũ. Nec qui cõposuit nuper sybaritida fugit. Sybaritida uocat opus Hemitheonis cuiusdã cinedi Sybaritæ de generibus uoluptatũ & obscenarũ deliciarũ. Item Martialis li. xii. Qui certant inquit sybariticis libellis. Philo hebræus in uita Moysi sybariticas nequitias uocat lasciua poemata. Maximus Tyrius in disertatione tertia de uoluptatibus Syberiticas saltationes cõmemorat, Aristoteles libro moraliũ eudemiorũ primo. Smyndiridẽ quoq; sybaritam comparem Sardanapalo inter uoluptarios nominauit. Suidas fabulas aniles aut parũ pudicas sybariticas appellatas scribit, Idem refert sybaritas instituisse, ut equi ad tibię cantũ saltare condiscerẽt, et luxuriosos sybaritas appellatos, & sybaritissare, sybaritarũ ritu deliciis indulgere dictũ. Astipulatur & Quintilianus li. iii. Frugalitas (ingens) apud sybaritas forsan odio foret, unde dixit spernens obsonia, parcę hoc est frugalis mẽsæ, Plutarch⁹ in conuiuio septem sapientũ tradit apud sybaritas fuisse hunc morem vt mulieres ab usq; anno priore ad conuiuiũ uocarent, quo se per ociũ auro uestibusq; possent ornare, Hinc sybariticiã cladem Stephanus tãq̃ prouerbium notauit, q̃d in eos quadrabit qui neglectu deorũ, aut ob intemperãtem luxũ uertũt. Strabo refert sybaritas deliciis & fœlicitate sua intra septuaginta dies a Crotoniatis exutos & debellatos, sed & hoc traditur adagium a fastu luxuq; sybaritarũ sumptũ. Sybaritæ per plateas cõtra fasto

Serica

Sybaris

ſius ingredientes per uiã ſeſeq́ʒ uelut oſtentantes. Achemeniis. Perſicis Nam Perſarũ reges ex Achemenidarũ cognatione generoſiſſima oſtendit oriundos Herodotus, cuius lectio quoqʒ monſtrabit eoſdẽ fuiſſe mulieroſos & molliculos. Admiſerit. receperit omẽs cloacas uitiorum ſpurcas ſcelerũ inquinationes. Quotquot Roma collegit. cũ iam Roma admiſiſſet tyberi aſſyrium.

Orontes Orontem, cuius quidẽ ſyriæ ſeu Aſſyriæ fluuii mollem aquã ſcriptores uocãt, qm̃ ex eo luxum in italiã ueniſſe, eundẽqʒ fluuiũ in tyberim influxiſſe cecinerũt, ex multis Iuuenalẽ referam⁹, Iã pridem in tyberim Syrius defluxit orontes. Et linguã & mores & cum tibicine chordas, obliquas. Nec nõ gentilia tympana ſecum, uexit &c. Fluit aũt Orõtes per Apanæorũ regionẽ ab oriente in caua Syria natus & merſus ſub terram poſt emergens, q̊d & aliis cõtigit fluminibus perlabitur Antiochiam, non ut Tarſum cydnus, ſed potius eam p̃terfluit, Eum antea Typhonẽ dictũ ob fabulã Typhonis fulminati, mox nomẽ accepiſſe Orõtis, ab eo q eius ripas põte coniũxit. Strabo cõfirmat, hiatũ facit inter Apameam & Antiochiã; cui charybdis nomen (ut inquit Euſtathius) & in mare Seleutię defertur. Cloaca uero eſt locus cõcauus per quã colluuies quædã fluat, Ita inquit Vlpianus titulo de cloacis, quarũ cura ad prætorẽ & ædiles pertinet. Nam ut idẽ refert & cœlũ peſtilens, & ruinas minant̃ immundiciæ cloacarũ, dictã aũt putant cloacã a cloare quod eſt inquinare, ſiue a coluendo ut alii ſenſere, cuius appellatione & tubæ & fiſtulæ cõtinentur. ſecundũ eũdẽ Vlpianũ. Senſus aũt apertus eſt, & prohdolor re ipſa adeo probatus, ꝙ iam noĩariis pueris referant̃ uerſiculi, Roma caput ſcelerum &c. Mox. ſtatim poſt demiſſa ſcelera. Ruitura propriis opibus, Sententia eſt Iuuenalis quẽ Picus noſter hoc loco imitatus eſt, & quaſi excepiſſe uidetur, Iuuenalis ſic. Prima peregrinos obſcena pecunia mores, Intulit & turpi fregerunt ſecula luxu, diuitiæ molles. Propriis ſub armis. propriis bellis, inteſtinis, & ut Lucanus cecinit pluſq̃ ciuilib⁹, in q̃bus utrinqʒ ſtabant cõtra romanos barbari. Hinc Lucanus. Heu quantũ terrę potuit pelagiqʒ parari. Hoc quẽ ciuiles hauſerũt ſanguine dextræ, & q̃ cõſequũt̃

Iam dudũ excipiunt inſultant maurus & afer. ſenſus ex p̃cedẽtibus dependet, ac ſi dicat ut Roma olim gentiũ ob ampla patrimonia & diuitias multas ueteris oblita frugalitatis mores peregrinos & luxus admiſit, ita chriſtianorũ hodie Roma tanq̃ caput latrina, & omniũ uitiorũ receptaculum ad peregrinas & hoſtiles IHESV chriſti fidei nationes tranſmittit luxus improbos & mores prauos. Excipiunt. tanq̃ a ſũmo capite, nã q̃ de alto dãtur excipi a nobis dicunt̃. Maurus. ex Mauritania q̃ poſita eſt in extrema parte Africę occidentem uerſus ubi eſt mons Atlas. Afer. ex Africa quæ altera eſt pars terræ. licet aliqui eam Europę ambitu comprehendere uoluerint, Dictã uolunt ab Aphro quodã Herculis comite, q̃q̃ alii ab a priuatiua particula, atqʒ φρίκη id eſt horror & frigus, quaſi ſine frigore deriuent, indeqʒ etiã apricũ deducunt; Ægyptus, prima pars.

Asiæ fertur,a regè nomen sortita,eius populi multarũ artiũ inuentores habiti.Fuit aũt Ægyptus ut copiose meminit in libris de rerũ prænotione illustris auctor nr̃ oĩm regionũ supsticiosissima,coluitq; multa sacra,inter quę Osyridis celebratiora extiterũt,De hieroglyphicis ægyptiorũ literis singulariq; philosophia Picus noster alibi & Petrus Crinitus in epistolicis responsionibus,post Straboñe.Marcellinũ.Ammianũ(quẽ prope diẽ lu culentissimo gentilis mei Schurerii prelo expressũ non pauci expectant) Plutarchũ quoq; &c.Pliniũ grauissimos auctores copiosius retulerunt.

Libye. libyã alii a filia Epaphi cognomen traxisse uoluere,alii ob regi onis siccitatem,quasi λιφηκτίσ ὀυσα upote carens pluuia,alii a libe uento deduxere illinc proflãte,sed duplicis libye supra meminimus ex diui Au gustini sententia,eamq; multinomiã diximus,ponit aũt nõ nũq̃ pro regio ne uniuersa,& qñq; pro parte,quod & in aliis obseruatũ est. Subsannat. notat. Sanna est irrisio quæ fieri solet post terga cum quadam oris & na si distorsione.Vnde Persius.Posticæ occurrite sannę,hinc subsannare hoc est irridere & notare. Thracia. Europæ regio inter partes Scythiæ po sita Macedoniã sequens.quæ a septentrione Istrum habet,ab oriente pon tum,a meridie ęgeum mare,olim schyton,postea thracia a Thrace Mar tis filio seu ab asperitate dicta.Græci eñ τραχὺς asperum dicunt. Est eñ regio ut inq̃t Mela nec cœlo læta nec solo,& nisi qua mari proprior est in fœcunda,frigida eorum quæ seruntur maligne admodum patiens, raro usquam pomiferam arborem,uitem frequentius tolerat,sed nec eius qui dem fructus maturat ac mitigat,nisi ubi frigora obiectu frondium culto res arguere,uiros benignius alit,non ad speciem tamẽ,nam & illis asper atq; indecens corporum habitus est,Cęterũ ad ferociã & numerũ ut mul ti immitesq; sunt maxime ferax,paucos amnes qui in pelagus euadunt, uerum celeberrimos Hebrum,Neston & Strymona emittit,mõtes habet Hemum,Rhodopen & Orbelon.Vrbes uero celebrioris nominis Apol loniam.Enon.Nicopolim.Bizantium.Perinthon.Lysimachiam & Cal polim. Auscultant monitis. obediunt,morem gerũt,monitis fidei mã datis & præceptis religionis christianę.Ausculto tibi & te. Teren.An au scultem sein.Idẽ in Andria.Ausculta pauca. Significat & morem gerere & audire ut hic,legitur tamen & auscultor deponens.Terẽtius.Vin tu ho mini stulto auscultarier. Aiunt. populi,gentes,nationes iam enumera tæ & plæręq; aliæ regiones christianæ fidei inimicę. Vincimur, supera mur opprimimur succũbimus,qm̃ Colluuies scelerum. uitiorum.i.fœ tida nubes,immensa cohors,ceu spurcitiarũ & immundiciarum agmen. Colluuionẽ & colluuiem ueteres dixere,unde & colluuiaria dicta in du ctibus aquarum,per quæ immundicies & sordes eiectantur. Migrauit pridem hinc ex Roma ceu eorundem uitiorum capite & altrice. Illuc ad nostras infidelium sedes,& uerba sunt hostium fidei nostræ usq; ad cõ miseratione auctoris quæ incipit ibi.Dominus quo tandẽ cernimus &c.

Libye

Thracia

Perfida turba. Chriſtiani iã frigidi & ꝑfidi. Laxãt, ſoluũt. Repagula. obices,q̊s natura dentes conſtituit,ut maledicę linguæ ſe obiiciant,illãq; cõprimãt.Repagula Põpeio auctore ſunt quę patefaciendi gratia ita figũt ut econtrario pangant̃,hæc & repages. Impune. ſine punitione uel paſſim. Nobis. chriſti ſcili.religionẽ quę ſola uera eſt & una ut dixim⁹ profeſſis non impune datũ,non abſq; pœna conceſſũ,Si quãdo Lingua noſtra etiã ſacris chriſtianis non iurata, Laceſſat. chriſtũ,chriſto maledicat,chriſtũ execret̃,&c.Nec aliud uelle uidet̃ q̃ hoc ipſũ q̊d nos chriſtiani maximo conuicio in hoſtes noſtros perfidiſſimos cõferimus,paſſim a nobis ſepoſito omni pudore uſurpari. Vnde quidã ex noſtris ſic ſcribit. Nõ eſt religio in orbe q̃ plus prędicet de charitate,q̃ religio noſtra chriſtiana & non eſt populus minus eã ſeruans. Virginis. ſuperbenedictę Marię

Maria

de qua paulo poſt principiũ copioſius ſcripſi,hoc loco p̃dictis dũtaxat apponã nonnihil.Idq; de hoc noĩe e uerbis & ſentẽtia illuſtris Pici noſtri referemus,qui alibi ſcribit,quanq̃ hoc nomẽ ad placitũ põni poſſe dicat̃, quia nec gręcũ nec latinũ eſt,nõ ſecunda producta ponendũ uidet̃,ut plæriq; fecere,ſed correpta,non tñ propter analogiã,utpote qa Marius ſecunda breui ſit,Nanq; ut diximus nec latinũ eſt nomẽ, nec græcũ ab origine,ſed hebræũ,uerũ qm̃ a doctis cũ gręcis tũ latinis ita poſitũ,ſic & Nonnus Panopolitanus in metaphraſi ꝯ μαρίην ὁ τεναχῶς,& iterũ ἐλπομένοι μαρίην & etiã ὢς μαρίη,& alibi Claudianus quoq; ait.Formoſus Mariã, obſeruãs & alibi eandẽ menſurã,Sedulius q̊q; quanq̃ ſæpius mediã produxit,corripuit tñ interdũ.Verũ alii fortaſſe a Mario deducunt,ut Romanũ ſapiat magis,quaſi nõ antiqus habeat initiũ ab hebræis qui Miriã dicũt, q̊d etiã num in græca euangelii pagina ſeruatũ eſt: in q̊ pro Maria μαρίαμ legit̃ ut illud Lucæ ꝯ ὄνομα τῆσ παρθένου μαρίαμ, & nomen uirginis Mariã. Neq; em̃ hebræi noĩa inflectũt,quare in gręca lingua Lucas id ipſũ obſeruauit,nã & in gtõ Mariã poſuit ſicuti in recto cũ ait εἶπε δὲ μαρίαμ πρὸς τὸν ἄγγελον & dixit aũt Maria ad angelũ.Iterũ in vtõ μὴ φόβου μαρίαμ ne timeas Maria,& ſane ſiue antiquitatẽ ſpectemus,ſiue ſonũ,ſiue ſignificatũ illuſtre,ſiue ſubiectas res quibus tributũ eſt,maxima dignitate p̃fulget. Sed nec ſacra dei uendunt̃ a nobis,qm̃ illa non receperũt,ſed forte iure a noſtris uẽdunt̃,quia emerũt prius. Nec templa. epiſcopales eccleſię & p̃laturę. Nec aræ. ſacerdotales præbendæ & ſacerdotia reliqua,& notat ſimonię crimen execrabile,de qua mox dicã.Libet em̃ nonnihil prius de ſacris & nõ ſacramentis dicere.Nã ſunt alia quędã in eccleſia ſacra, non tñ ſacramenta,q̃ & ipſa q̊q; q̃uis ſpiritualis gratiæ effectũ nõ habeãt, neq; cõferant ſanctificationẽ,in hoc tñ ſacra ſunt,ꝙ ad ſancta ꝑtineant,& illis cohęrent q̃ ſanctitatẽ habent,& conferũt ad ſanctificationẽ, pro qb⁹ hoc loco propter adiectũ gtm̃ deſumpta puto,q̃q̃ & de his ipſis haud abſurde intelligi poteſt.Sacra aũt non tñ ſacramenta eiuſmodi ſũt oĩa q̃ ad ornatũ eccleſiarũ ut ex iureconſulti q̊q; ſentẽtia memini pertinẽt,ſiue q̃ in

possessionibus earũ continent̃,quę in hoc quidẽ secundũ aliqd sancta sũt,
q̃d in ministeriũ sanctorũ tradita sũt & assignata,Ista ergo q̃si simpliciter
sancta sunt,illa uero quib⁹ ista cõsecrant̃ sancta sanctorũ.Simonia a Simo
ne mago nomen accepit,qui huius mali exemplũ exitiale posteris reliq̃t.
Est em̃ simonia gratiã spiritualẽ pecunia uẽdere uel cõparare uelle.Quod
cũ sit & ille utiq; qui uendit & ille qui emit eadẽ sententia plectũt̃,q̃a eius
dẽ reatus culpę obnoxii cõprobant̃,Multos quidẽ canones habem⁹ & le
ges papales in eos qui spiritualia uẽdũt aut emũt,q̃ue corporalia in eccle
sia cõpando cũ eis & in eis spiritualia emũt,paucos uero (ut dici solet) exe
cutores earundẽ,& nos ansã huic malo damus,qui sciẽtes indignos,indo
ctos,improbos contra oẽm naturalis iuris rationẽ quã cõtra niti & facere
nec ipsi terrenis diis facile concessũ est pluribus donamus,& quidẽ non ut
aiunt simplicibus sacerdotiis uel ut donent̃ impense studemus. Tandem
Nõ solũ pro aduerbio tẽporali sed etiã pro cõiunctione expletiua ponit̃,
quidã aiũt poni nõ necessitatis sed ornatus causa,secus Laurẽtio Vallę vi
sum est,Mihi qdẽ nullũ ornamentũ (inq̃t) uidet̃ esse in supuacuis & nihil
agẽtibus uerbis,q̃q̃ apud græcos dictiones nõnullę sũt q̃ aut numerũ aut
sonũ implent,q̃d in hac dictione nõ est,q̃ habet potius urgens quiddã &
accelerãs,eoq; fere semp (ut & hoc loco) p interrogationẽ,licet qdã non
indocti solent citra interrogationẽ uti hoc aduerbio,nõ tñ absq; priscorũ
auctoritate,sed tñ utrunq; interrogationẽ habet,& eã directã latenter ad
secundã psonã.Neq; ũero legẽ istius dictionis scribo,sed usũ frequentissi
mũ trado,sine interrogatione aũt quid significet nemo ignorat. Virgi,Iã
tandẽ italię fugientis prẽdimus oras. Canes. sectas hostiles,latrantes cõ
tra ritũ christi fidei & christianorũ mores exprobranter notãtes. Domi
nis. nobis christianis quibus datũ est imperiũ ab eo qui habet potestatẽ
in cœlo & in terra,Dñi appellatio ad eos extendit̃ qui rei alicui⁹ proprie
tatẽ habent,etiã si usu fructus alienus sit.abusiue q̃q; filii familias & cęteri
liberi qui in potestate sunt & usu fructuarii dicunt̃.Vnde secundũ iurispe
ritos filius sub potestate succedens ex testamento uel ab intestato non dr̃
nouũ dominiũ acq̃rere,sed q̃d pater habebat cõtinuare,tãetsi & nouã ad
ministrationẽ quã nõ ipse sed in uita pater gerebat adept⁹ sit,& exhereda
ri possit,& Paulus iurecõsultus.Itaq; post mortẽ patris non hereditatẽ per
repere uident̃,sed magis liberã bonoꝝ administrationẽ cõsequunt̃,hac ex
causa,licet illi heredes nõ sint instituti,dñi tñ sũt,nec obstat ꝙ licet eos ex
heredare q̃s & occidere licebat. Purgemus. mundemus,emendemus.
Noxia. uitia peccata quibus mortificamur. Nostris moribus. corrup
tis scili.Nã nisi eiecerimus trabes prius e nostris oculis,nõ uidebimus alio
rum festucas eiicere,& si hoc ipsũ ut faciamus erga fratres sit in mandatis
nostris receptũ,q̃to id maiori studio nobis enitendũ in hostes nr̃os,& dñi
nostri IHESV christi subsannatores,q̃a contrariis cõtraria curant̃ necesse
est,ut nos bonis tãto magis moribus p̃fulgeamus,q̃to gens hæc uiperaꝝ

atriore ueneno abūdantior,q̃rat christi sanguinē eiusq; heredes extirpare Cæterū credere se in christū quō dicit,qui nō facit,q̃d christus facere p̄cepit:aut unde peruenit & ad p̄miū fidei qui fidē non uult seruari mādati: Nutet necesse est & uaget,& spiritu erroris arreptus uelut puluis quē uēt' excutit uentilet,nec ambulando proficiet ad salutē,qui salutaris uię nō tenet ueritatē.Bene igiť dixit & oppido q̄ sancte monuit,purgemus noxia, rectū firmemus,nostris opus est indicere bellū,moribus in primis,& q̃ cō sequūť, Profanis. hostibus christi & alienis ab eius fide.Monet domin' & dicit. Qui nō est mecū aduers' me est,& q nō mecū colligit spargit, q pacē christi & cōcordiā rūpit,aduersus christū facit,qui alibi p̄ter ecclesiā colligit,christi ecclesiā spargit,dicit domin'.Ego & pater unū sum',& iterū de patre & filio & spiritu sancto scriptū est,& tres unū sunt,Hanc unitatē q nō tenet,dei legē non tenet,nō tenet patris & filii fidē,uitā non tenet & salutē.Hoc unitatis sacramentū.hoc uinculū concordię inseparabiliter coherentis ostēdiť,qñ in euāgelio tunica domini IHESV christi nō diuiditur oīno nec scindiť,sed sortiētibus de ueste christi quis christū potius indueret,integra uestis accipiť incorrupta atq; indiuidua tunica possideť,qa tunica de supiore parte nō cōsutilis,sed per totū textilis fuerat,dixerūt ad inuicē,nō scindamus eā,sed sortiamur de ea cuius sit.Vnitatē ille portabat de supiore parte uenientē id est de cœlo & patre uenientē,q̄ ab accipiente & possidēte scindi oīno nō poterat,sed totā simul & solidā firmitatē inseparabiliter obtinebat,Hęc tunica indiuidua copulata cōnexa ostendit populi nostri qui christū induimus cōcordiā cohęrentē.Sed ex hac nostra unitate plures abierūt,q̃s execrať & p̄cutit Iohānes apostolus dicēs.Ex nobis exierūt sed nō fuerūt ex nobis,si eñ fuissent ex nobis mansissēt nobiscū,Hinc hæreses & factę sūt frequēter & fiūt,dū p̄uersa mens nō habet pacē,dū p̄fidia discordās nō tenet unitatē,fieri uero hęc dominus p̄mitit & patiť,manēte proprię libertatis arbitrio,ut dū corda & mētes nostras ueritatis discrimen examinat,probatorū fides integra manifesta luce claresscat,Per apostolos p̄monet spiritus sanctus & dicit.Oportet & hęreses esse ut p̄bati manifesti sint in nobis.sic probanť fideles,sic p̄fidi deteguntť,sic & ante iudicii diē hic q̃q; iā iustorū & iniustorū aīæ diuiduntť,& a frumēto paleę separāť.Nec ignorandū p̄ter nostra tēpestate turcas & arabes & alias quasdā nationes Maomethū de q̄ proximo cōsessu dicturi sumus,colentes,profanos dici,sed & oīa q̄ in religione fiūt aut dicunť aut creduntť, uana esse stulta & fabulosa,p̄ter ea q̄ romana & catholica sanxit ecclesia, quare Anutiani qui negāt esse unius substantię trinitatē Alogi qui λόγον id est uerbū dei nō credūt.Acephali clerici qui sine capite sunt,hoc est qui ducē quē sequanť nō habent.Angelici qui angelos colūt.Anthropomorphitæ qui deū humana mēbra arbitranť habere.Apelitæ qui christū non uerū hoīem sed phantasma dicūt,Apollinaristæ qui dicunt christū corp'

Tunica domini

tm̄ sine anima suscepisse. Apostoli hæretici qui nihil possidētes proprium nequicꝙ recipiant aliquid in hoc mūdo possidentes, Aquarii qui aquā solum offerūt in calice sacramenti, Antidici Marię qui uirginitati Mariæ cō tradicunt, Arabici dicentes animā & corpus simul mori & simul resurgere. Adamiani qui nudi quasi nuditatē Adæ imitēt, Æriani qui pro defunctis uetant sacrificiū, Archontiaci qui dicunt ea q̄ deus fecit opera esse angelorū. Arriani qui diuersas substātias patris & filii & spiritus sancti asserunt, & qui ab his descenderūt, Eunomiani qui dicūt per oīa dissimilē filium patri, & Macedoniani qui dicunt similē quidē filiū per oīa patri, sanctū uero spiritū cū patre & filio nihil habere cōmune, & per hoc negantes spiritū sanctū esse deū. Artotyritę qui panē & caseū in sacrificio offerunt. Bardesanistę qui christū cœleste corpus habuisse confirmant, nec assumpsisse carnē ex uirgine. Basilidiani qui christū passum negāt, Bonosiaci qui dicunt christum filium dei adoptiuū non proprium esse, Borboriani siue Gnostici qui animę substātiā partē dei esse existimant. Carpocratiani qui dicunt christū de utroꝗ sexu progenitū. Cathari qui gloriātes suis meritis peccatorū ueniā negant. Cataphryges hęretici mōtani Priscæ & Maximillę errorē sequētes, qui aduentū sancti spiritus nō in apostolos sed in se uenisse asserunt. Cerdoniaci qui abnegāt christū natū, passūꝗ sed simulasse passionē. Circiliones seu Scotopitæ qui Bonosi hęresim sequētes christū filiū dei adoptiuū non propriū esse dixerunt. Circūcelliones qui insano amore martyrii se ipsos interimebant ut martyres uocarēt. Colatiani qui dicunt deū non facere mala, contra illud q̄d scriptum est. Ego deus creans mala. Donatistæ qui asserebant minorē patre filiū & minorē filio spiritū sanctū. Ebionitę qui dicebant christū solū hoīem prophetā, iustū natū ex uiro & fœmina condēnati sūt. Eluidius qui dixit matrē dn̄i quattuor habuisse filios & filias, Encratitæ qui & Tatiani dicti sunt carnes abominantes. Etinodiani qui dicūt Mariā uirginē ante partū nō post partū. Eutychiani qui christū post humanā assūmptionē negāt de duabus naturis, sed solam in eo diuinā asserunt naturā. Floriani qui dicunt deū creasse mala cōtra illud quod scriptum est. Fecit deus oīa bona, Et in summa omēs. Hermogeniani. Herodiani, Hemerobaptistæ. Iouinianistæ. Luciferiani. Manichei. Marcionistæ. Melchisidechiani. Menandriani. Mentangismi. Montani. Nestoriani. Nicolaitæ. Nyctages. Noechiani qui & Patropassiani & Sabelliani dicuntur, Nouatiani. Ophitæ. Origeniani. Paterniani. Patriciani. Pauliniani siue Photiniani. Priscillianistæ. Saturniani, Sethiani. Seueriani. Simoniani. Theodosiani & Calanitæ. Tertullianistæ. Tritothei, & plures alii hæretici. quorum nomina referuntur xxiiii. quæstione tertia. Quidam quæ & Rabanus archiepiscopus, ex nostris uero nuper Codrus italus & Stamlerus germanus diligentius obseruarunt, inter quos ponendi (sunt & illi Boemi, qui nostra tempestate uiuunt

& ſanguinis ſacramentū popularib⁹ oībus & infantibus cōmunicāt. Sed & apud ipſos Boemos ut de uirtute in uirtutē, ſic & in ei oppoſitū de uitio in uitiū it, quaſi noſtris tpib⁹ recēs exorta hęreſis Huſſitarū, q̄ ſi Capiſtrano credit, uoluit & docuit in primis Romanū pontificē reliquis epiſcopis eſſe æqualē & non maiorē, Purgatoriū nullū eſſe, uanū orare pro defunctis, ſimulacra & imagines cū dei tum ſanctorū delendas, factitias mendicantiū religiones dæmones inueniſſe, ſacerdotes om̄es pauperes eſſe debere, & eleemoſyna ſola contentos, confeſſionē auricularē nugacē, quenq; poſſe ſua peccata in abſconſo confiteri deo, cœmeterii inanē uſum, ſacerdotē quocunq; loco poſſe celebrare, in horis canonicis tempus fruſtra cōteri, ieiunia nullius fore meriti, & ſub utraq; ſpecie communicandum.

Scilicet incaſſum patiemur myſtica cœlo
Delabi, aut ueteres tantum effudiſſe cruoris
Sacratæ fidei proceres? aut deniq; chriſti
Nil nobis prodeſſe necem patiemur amaram?
Subiectos populos compeſcas inclyte cæſar
A uitiis, neq; enim tantas regnator olympi
Virtutes & opes tibi contulit, ut tibi tantum
Prodeſſent, celſæ rariſſima munera dextræ
Dona recognoſcas fortis cœleſtia cæſar
Sopitam turbis ſacrato pollice barbam
Vellere ne pigeat, tua ſunt hæc munia cæſar
Stringere conſtantis fidei pro legibus enſem
Inſculptaq; cruce infidos maomethis alumnos
Pellere, quæ tibi ſunt iam tradita deſine cæſar
Alter ut inſumat, te contemnente, miniſtri
Chriſto non deſunt, reges, nec tempora deſunt
Vt mores abigat ſatana impellente nefaſtos
Et crucis imperium longe lateq; propaget

Scilicet. modo affirmantis. Liuius. Terram oſculo contigit ſcilicet q̄ ea cōmunis mater oīm mortaliū eſſet, Modo negantis, & tunc pronunciationis eſt acerbioris & ironicæ. Cice. Scilicet id agit? quaſi dicat nō, & Maro. Scilicet is ſuperis labor eſt, ſic & in propoſito, Delabi incaſſum, ꝑperā inaniter ueterē hoīem non depoſituri, non de imis uiſceribus cū propheta ad dn̄m iugiter clamaturi. Delicta iuuentutis noſtrę et ignorātias n̄ras ne

m̄ memineris,ſed ſecundū̄ miſericordiā tuā memento nr̄i propter bonitatē tuā dn̄e.Non recordaturi & filium dei terrificis nos etiā ſignis admonentem ceno auellere plantā pro nobis eſſe mortuū,& nos q̄q; etiā ſi diu uixerim⁹ breui eſſe morituros. Tm̄ cruoris. ſanguinis tā immodicū fluuiū.

Proceres. martyres.duces & principes inclyti chriſtiani exercitus proprie dicunt̄ qui excelſū tenent gradū a proceritate,Procerū em̄ idē ꝙ cel- Proceres
ſum,inde procerę arbores appellatę,ſed & proceres appellant̄ capita trabium primi ordinis in tectis fulciendis.Ideoq; auctore Varrone proceres dicunt̄ ciuitatis principes,qm̄ in ea eminent ſicuti in ædificiis mutuli hoc eſt trabiū capita. Amaram necem chriſti. qui nō propter ſe quidē ſed uniuerſi humani gn̄is uice atq; cōpendio ſumpſit in pœnis atq; tormētis pl⁹ ſane ſupplicii,q̄ quotq̄t unq̄ paſſi ſunt hac in uita mortali,quantū ad dolores & pœnas de eo ſic prophetat Eſaias.Om̄e caput languidū & om̄e cor mœrens a planta pedis uſq; ad uerticē non eſt in eo ſanitas, quātū ad egeſtatē atq; pauperiē,ſic habet euangeliū.Vulpes foueā habent & filius hominis nō habet ubi reclinet caput ſuū.Quantū ad humilitatē ſuiq; cōtēptum.Exinaniuit ſemetipſū ſeruilē accipiēs formā narrat apoſtolus,& ipſe de ſe apud pſalmiſtā.Ego inq̄t ſum uermis & nō homo, opprobriū hoīm & abiectio plebis. Nil nobis prodeſſe. ſed culpa noſtra eius in nobis meritū extingui.Siqdē neq; eius neq; chriſtiani cēſendi. Quā qui memoria chriſti & mādatorū eius obſeruatione a qbus ceu forma quadā inter accidentales animi formas pfectiſſima chriſtiani ueri denoīant̄.Sacri referūt ſcriptores chriſtianū nequā deterius inquinatiuſq; eſſe cunctis animalib⁹ ſicuti bonū excellentius q̄ poſſit exoptari,quorū em̄ potior eſt gn̄atio (vt inquit Ariſtoteles) eorū deterior eſt corruptio.Quāto etiā quiſq̄ altius eleuat̄ eo periculoſius & formidabilius ruit in p̄ceps. At ſublimiori in loco quiſpiā nequit conſtitui,q̄; ut chriſti legi obtēperet,qua contēpta uel poſthabita ad centrū corruit.Aliæ nationes quibus chriſtus nō colit̄ nō adeo graui caſu ledunt̄,hoc idē inter chriſtianos apparet,qui ad eminentiorem gradū ſūt ſublimati,Vn̄ Auguſtinus aiebat ſe ſicuti nō expertū meliores hoīes his qui in monaſterio profeciſſent,ita nec deteriores qui defeciſſent. Rurſus ingratioribus acriora debent̄ ſupplicia,at ſcelerato chriſtiano nemo eſt ingratior,cū ſcilicet ad uerā ſit uocatus legē,& præ aliis electus ad ueritatē clarius cognoſcendam, remiſſiorē (dicebat chriſtus) diē iudicii futurū Tyro & Sidoni,quibus nō p̄dicauerat q̄ his quibus cum degebat. Inclyte. generoſe,ex ἐν & κλυτὸς q̄d clarū ſignificat & glorioſū Ceſar imperator Maximiliane Aug.qui es domin⁹ mūdi iuxta.l.depcatio,ff.ad legem rhod.de iactu.cum concordia textus in c.in apibus vii.q.i.ac glo.in c.ius quiritū.i.diſt.qua de Bart.latius differit in.l.i.§.per hāc .ff. de rei uēd. Ang.& Bal.in.l.bene a Zenone.C.de quadrien.p̄ſcript. Vitiis. uitium Vitium
proprie dicit̄ q̄d uirtuti opponit̄,a uito,ꝙ uitandū ſit & fugiendū,& ut duplex eſt uirtus ſcilicet moralis & intellectualis,ita quoq; duplex uitiū mo

rale scilicet & intellectuale. Constituuntur aũt morales uirtutes ex actionibus a ratione profectis & moderatis. Nam ut uegetantis proprium munus est uiuere, sentientis uero sentire, sic eius quę ratione utitur agere cum ratione, Usus aũt ipse morem inducit, quo fit ut actiones ipsę a ratiõe profectę illum sequantur, sintq́ ex eo etiam morales dictæ. Eædẽ igitur actiones & morales & secundũ rationẽ progressæ ipsę quidem uirtutes erũt, quando & rationem sequuntur, & a moribus nomen habent. Cunq́ rationis propriũ munus atq́ officiũ sit honestatẽ cõplecti, sitq́ ratio ipa norma quasi quædam recti, ea deniq́ selectrix boni & iudex honesti, erunt hæ ipsæ morales uirtutes atq́ actiones tum honestæ & rectę, tum ad bonum contendẽt. Honesti uero comes est laudatio. recti æquitas ac iusticia Humanarũ igitur actionum a ratione profectarum illiq́ se accommodãtium finis est uirtus, uel eædem actiones sunt ipsæ sibi & finis & bonum, quod ipsum homines etiam a natura ducti appetunt, illoq́ ut potiantur contendunt. Cum aũt uirtutis ipsius moralis existat proprium ac suũ cuiusq́ uirtutis munus & definitum officiũ, ipsaq́ in plures uirtꝰ secetur partes, quemadmodũ ipsum quoq́ diuiditur bonũ, sic aliarum quidem uirtutum, alia sunt & officia & munera. Hæ aũt morales uirtutes non insunt a natura, neq́ sunt contra naturam. Primum illud docet ꝙd pueri rudes admodũ cum sint, instituere eos in scholis oportet. Sensim enim ut mouẽdis passibus ad inambulandum humanis etiam adhibitis adminiculis a nutricibus ac parentibus, sic discendis his quibus est opus sub ipsis paulatim admonitoribus instruũtur ac magistris, magna quoq́ adhibita diligentia et cura. Cunq́ ignoremus ipsi ab initio agẽdi modum ac uiam, nesciamusq́ quid sit bene, quid contra male uel agere uel facere uel sentire uel discernere & doceri prorsus opus est, quid sit bene atq́ honeste, et quibus etiam assequamur illud artibus ac rationibus. Ac nunc quidem blandiendo pedetentimq́ ac pellicenter ad honesta inducimur, nunc uero contra minis exterremur atq́ clamoribus, ne quid turpiter improbeq́ admittamus.

Itaq́ ob hanc ipsã causam & ꝙ nati ad agendum sumus, & quod ignorãtes ut iam diximꝰ, indigemusq́ institutione, natura ipsa ne ab artificio suo recederet, idoneos nos maximeq́ appositos fecit ad ea perdiscenda, quæ muneris atq́ officii essent nostri, quod quãuis ita sit, nõ tamen uirtutes ipę homini sunt a natura negatæ aut uetitæ, quod si esset assequendis atq́ cõparandis illis aditus, nobis permissus esset omnino nullus, quis enĩ instituet aut lapidẽ aut uentũ sursũ contendere? cũ uentus naturaliter ad latera, lapis uero deorsũ sponte ferat̃ sua. Itaq́ ut a natura uirtutes ipsę minime insunt nobis, uerũ discendo potius, itẽq́ & exercendo & assuescẽdo cõparant̃, eadẽ ipsa natura minime reluctante, sic illas minime nobis innatas esse uoluit, aut tanq̃ animis nostris infixas. Quõ aũt e medio uirtutes morales generent̃, Aristoteles docet, qui tria de moribus uolumina scripta reliquit, unũ ad Eudemiũ, alterũ ad Nicomachũ filiũ. Tertiũ quod inscribit magnorũ moraliũ, & si oĩm eadẽ uis est, tñ alibi enodatius, alibi remissiꝰ

res ipsæ tractant, huic de moribus disciplinę dialecticę sciētia subest. Nā q̄
rationabiliter sūt philosophaturi logicis aristotelicis imbuti, mox ad ethi
cen se cōuertent, q̄ beatę uitę dux magistraq; est, hęc sectatoribus eius pol
licet nō munera, nō lucra, sed rē maximā p̄ciosissimāq; oīm eos uidelicet
beatos facere. Ea uero q̄d rariuscule in catholicis etiā studiis legāt, aut obit Philoso-
salte, & sūmis (ut aiūt) labiis attingāt, indignū sane uidet. Cū hæc discipli phia mora
na ad oēm altiorē p̄fessionē una oīm apta habeat, Quid q̄ sine ea neq; lis
sacrarū literarū lectio, neq; iuriū studiū proderit cuiq̄, uenia digni sūt uer
sificatores, qui potius fabulis nugisq; poetarū delectant, at tandē ut Stapu
lensis eis aperte p̄scripsit in confusionē suā & nō secus trepidāt ab eorun
dē uoluminū professione, q̄ palleat ut nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensē rhetor dictur⁹ ad arā, qui uero philosophicis literis p̄rę
sunt, nō dicā facile culpa carere, q̄d patiant nobilia ingenia perire, cum in
īportunioris & rigidioris q̄ par est dialecticę desipiētiis teneāt, nā dialecti Logica
ca nō propter se sed propter alia discēda, ideo & ipsa & eius regulę ad alia
trahendę sūt, nō alia ad illas, ut instrumēta ad opus, nō opus ad instrumē
ta. Et q̄d nōnulli uocant rigorē logicę, quidā qui rectius norūt iuste appel-
lāt importunitatē logicę, uanāq; & ἀλογιστὸν id est minime logicā, ac irra
tionalē garrulitatē, nō q̄ uitiū sit artis aut disciplinę, q̄ æque necessaria est
ad probe & minime fallaciter disserendū ut grāmatice & rhetorice ad la-
tine & diserte loquendū, sed eorū qui male libero uiro dignas artes disci-
plinasq; tractāt, quo circa ut ratio habēda est ne ingenuus adolescēs logi
cis careat fundamētis, sic q̄q; curandū sūmopere ut p̄ceptis abūdet mora
lis disciplinę, nā si recte cōsyderaueris parē habebis utriusq; rationē, & in
hac fortasse ultima maiorē aliq̄to. Sed ad Picū nostrū illustrē qui pariter
uere doctos futuros uult & mandat post dialecticę, ethicę, naturalis philo
sophiæ & de aīa sciētię cognitionem sacras lr̄as nocturna uersare manu,
uersare diurna. Vt tibi tm̄ prodessent. q̄d q̄dē tyrāni esset qui ad suā dū
taxat principat utilitatē, nō ueri principis, q̄lis est cæsar nr̄ inclytus, quem
merito oēs piū, magnū, patrē p̄riæ & optimū appellamus. Libet hoc loco
in mediū afferre ex Xenocrate q̄ de regno scripsit ut de ei⁹ opposito tyrā
nide Xenophō & Onosander de impio octoginta p̄cepta nup romana ci
uitate donata, nō q̄ illa regū nr̄ maximus diuus imp. cęsar Maximilian⁹
ignoret (noui eq̄dē q̄ de eo Ioānes de Kaisersperg iudiciū habuit, q̄ dū cō
cionator Argētinensiū esset, uocat⁹ semel ab ipso cęsare nr̄o sapiētissimo
ad Fauces alpiū q̄d uulgo oppidū Fiessē appellat, ex eo loco amico cuidā
intimo quō exceptus esset inter cętera de cęsare nr̄o in hæc uerba scripsit,
Duo subsellia in secretissimo loco ęq̄lia poni iussit, ibi cōsedim⁹ & locut⁹
est quæ mihi plane loq non licet, neq; temere me uocauit, & post pauca fi-
nito itaq; colloq̄o sed & dialogo inter nos scriptis incepto, S, R. Maiestas,
scripto sn̄iam suā posuit, & ut ego e regione respōderē uoluit. Et nō multo
post, latinus bon⁹, sed scripto melior q̄ v̄bo &c.) Sed ut serenis. & inclytus
austrior. burgū. & hispaniar. p̄ceps & rex Carol⁹ illi nepos gn̄osissim⁹,

cuius adhuc ad regnorũ & principatuũ Europæ plurimorũ quorũ heres est gubernationẽ iuuenilis formandus est animus,& auita & paterna uestigia sequat̃,& hæc aurea p̃cepta ad ipsũ sũmopere intelligat p̃tinere. Primũ regis officiũ esse curare ut aut regionem aut ciuitatẽ inclinatã aduersis casibus erigat, aut retineat secundis affluentẽ. aut amplã ex parua efficiat,

II. Quęcũq; in dies agenda acciderint, ad hęc cõtinuo om̃ia referenda cẽseat. III. Segnis nõ sit, sed in agendis cõsultandisq; prudentia & uigilãtia cęteris p̃stet. IIII. Ingenii uires haud min⁹ intẽdere debet q̃ cõuenit athletis continuo certamine corpus exercere, cũ nulla theatri p̃mia cũ illis cõferenda sint, q̃ a regibus elaborant̃. V. Nihil laboris, curæ. studii p̃termittendũ, ut q̃to opibus ac potẽtia, tanto dignitate atq; uirtute cęteros antecellat. VI. His maxime studiis mentẽ appellat, q̃ sibi et ornamẽto & usui futura sint, nã minime putandũ est, curã ac diligentiã ad res alias ualere plurimũ, nihil uero ad bonos mores, adipiscẽdãq; prudẽtiã prodesse, neq; em̃ sors hoĩm adeo infœlix ut cũ agrestes feras arte ac studio mansuetas nobisq; plurimũ accõmodas, reddam⁹, idipsum in nobis desperemus proficere posse ad uirtutẽ mutuãq; societatẽ natis. Vii. eorũ q̃ prudẽtia ac fide p̃stiterint sentẽtiã plurimi faciat. Viii. complures uiros doctissimos rerũ peritos, p̃terea cũ poetas tum hos q̃s uulgo philosophos uocãt q̃rũ hi discipulũ ipsũ illi auditorẽ habeãt sibi uendicet, Viiii. inferiorũ iudicem, superiorũ uero se exhibeat emulũ ac cõcertatorẽ,. X. Iniquũ ducat deteriores melioribus, imperitiores sapiẽtioribus imperare, nam q̃ cæterorũ imperitiã uehemẽtius contẽpserit, eo ingeniũ suũ ad bonas artes atq; doctrinã ardentius excitabit, XI. Suã ciuitatẽ aut gentẽ & amore & pietate cõplectat̃,& humanũ cunctis sese beneuolumq; prestet, Nam nemo rei cuicunq; recte quis imperabit, qui eorũ non afficiat̃ uoluptate, quibus est studiũ operãq; p̃staturus. XII. Popularẽ turbã colat, nã & paucorũ potẽtia & cæterę ciuitatũ formæ tunc diutissime perdurarũt, cũ popularẽ multitudinẽ benigne atq; humane coluerũt. XIII. Beneuolentiã populi sibi cõflet neq; iniurias illis inferri patiẽs, neq; illatas aspernat⁹. XIIII. Optimos ex oĩbus atq; sanctissimos gerendis magistratibus p̃ficiat, ne uulgus popularisq; turba præter fas iuraq; publica male uexet̃, nã pulcherrima ualidissimaq; sunt bene instituẽdę rei publicæ fundamenta. XV. Studeat q̃ad poterit optimas excogitare leges & suæ gẽti ciuitati ue cõmodissimas, & si quid in legibus ipsis parũ utile uidebit, cõtinuo emẽdet aut oĩno amoueat. XVI. Si per se id consequi nõ possit easq; in aliis ciuitatibus recte institutæ erunt imitet̃. XVII. Leges ciuibus ponat, quę iuste & inter se consentaneę sint, & bonis ciuitatũ moribus accõmodatę. XVIII. Has in primis leges exquirat, q̃ non modo nullas discordias nutriant. uerũ etiã lites omnes ac contrauersias (si q̃ euenerunt) funditus tollãt. XIX. Artes & officia inducant̃ q̃ utilia sint, uana aũt & inutilia uetent̃ impositis ut hęc fugiendo, ad illa se cõuertant libentius. XX. Cũ inter ciues iudicaturus est

non amicitia alia ue res ulla plus apud eũ q̃ ius ualeat aut ęquitas. XXI
Res similes dissimilibus iudiciis nõ iudicet,nã sicuti bonas leges decet im
mobiles esse,ita regẽ in iure dicundo cõstantẽ,oĩbusq̧ æquabilẽ. XXII.
Ciuitatẽ suã ceu paternã domũ gubernet,ut in apparatu splendor emine
at,& in sũptibus diligentia. XXIII.Magnificentiã nõ his sũptibus de/
claret,q̃ statim nullo ex se dimisso fructu euanescũt. XXIIII. Maxime
in amicis beneficio cõparandis magnificẽtia utat̃,nã eius gñis sũptus sũt,
ut q̃ data uident̃ perpetuo maneant,& cũ data fuerint p̃ciosiora posteris
relinquant̃. Xxv.In re diuina maiorũ suorũ ritus religionẽq̧ imitetur.
Xxvi.Hoc prius intelligat uictimarũ sacrorũq̧ oĩm illud esse optimum,
efficacissimũq̧ si se sanctissimũ iustissimũq̧ p̃stet. Xxvii.Eos magistrat⁹
quibus plus dignitatis inerit & honoris suis tribuat necessariis, quib⁹ aũt
ciuitatis gẽtis ue salus innitet̃,fide atq̧ beneuolẽtia sibi cõiunctis.Xxviii.
Tutissimã sui corporis custodiã arbitret̃,ubi non in muro sed amicorum
uirtute nõ armatis sed ciuiũ beneuolentia,nõ satellitibus sed proprio inge
nio propriaq̧ uirtute fuerit circũseptus,Nã hęc sunt qbus potissimũ acq/
runt̃ regna,& acquisita seruãt̃. Xxix.Domesticas suorũ ciuiũ copias ne
negligat,quin immo qui largiores ęq̃ sunt,suas q̃dãmodo opes effundere
putet,& q̃s diligẽtia atq̧ industria locupletari uiderit,cõtra suã rẽ augere
Xxx.Veritatẽ ante oĩa colat,& usq̧ adeo ut fidei plus suo uerbo q̃ cæ
terorũ iure iurando pręstet̃. Xxxi.Ciuitates liberę ac tutę peregrinis oĩ/
bus pateant,constantesq̧ sint in pactis conuẽtisq̧ seruandis. Xxxii. Plu
ris eos faciat qui petituri aliqd q̃ qui ad eum aliquid uenerint donaturi,
nam cũ illos honoribus honestabit,ut illorũ beneuolentiã ita maximam
apud cęteros laudẽ consequet̃. Xxxiii.Caueat ne eũ terribilẽ ciues insõ
tes metuant,nam quali se ostenderit animo esse,tales erga se illos est reddi
turus. Xxxiiii.Nihil in quẽpiã iratus statuat, Xxxv.In publicũ prode
at,cum ei per occupationes licuerit,in eoq̧ uelit callidus & astutus uideri
ut nihil eum quę in ciuitate gerunt̃ latere uideat̃. Xxxvi.Hoĩm plectẽs
errata,illa nõ tam peccati magnitudine q̃ sua clementia metiat̃,Nã regiũ
ingeniũ est non tam crudeliter & acerbe subditos puniendo, q̃ eos cõsilio
sapientiaq̧ emendando ac saluando. Xxxvii.In bello gerendo non mi
nus rei militaris confidat scientia,q̃ cætero apparatu. Xxxviii.Nihil ali
enum appetat,sic em̃ pax recte seruabit̃. Xxxix.Ea mẽte in urbes mino
res sit qua potentiores in se esse uelit. Xl.Certet non de oĩ re sed de his
tm̃ quæ uincenti utilitati cedunt. Xli.Animi magnitudinẽ putet,non q̧
quæ ardua difficiliaq̧ suscipiat, sed q̃ ratione consilioq̧ suscepta fortiter
constanterq̧ perficiat. Xlii.Emuletur nõ tam eos qui ampla nacti sunt
imperia,q̃ qui uel parua iuste moderate fortiterq̧ gubernant,nã qui terra
rum orbẽ in suã potestatẽ redegerit, periculis metuq̧ agitatus possidens
fœlix,sed qui p̃senti fortuna contentus,ea q̃ rectissime utitur. Xliii.Ami
cos sibi cõparet non qcunq̧ uolent,sed q̃s suapte uirtute dignos amicitia

ſua putauerit,nec eos quorũ familiaritas uoluptati tm̃ ceſſura ſit,ſed q̃rũ
ope res ac negocia publica gerere poſſit q̃ optime. Xliiii.Prius ſcrutet̃ q̃li
hi quos ſibi amicos aſciuerit æſtimatione apud alios fuerint,nã tali inge
nio eſſe iudicabit̃ quali fuerint illi q̃s familiaritate ac amicitia cõiũctos ha
bebit. Xlv.Publica negocia cęteraſq; q̃ per ipſũ geri non potuerint alio
rũ curę cõmittat,ſed ea expectatione ut ſi minus bene euenerint,in ſe unũ
om̃is culpa uertenda ſit. Xlvi.Repudiet ſũmopere eos qui q̃dcunq; dixe
rit fecerit ue laudant cõtinuo,& aſſentando extollunt.At potius amet &
perhumane eos audiat,q eũ (cũ errauerit) & monere & corrigere auſint,
nã is q̃s alti⁹ fortuna euexit,nulla pernicioſior adulatore peſtis adhibetur
Xlvii.Prudentia fideq; ꝑſtantibus uiris liberiorẽ tribuat in ſe loquẽdi po
teſtatẽ,ut ſi qñ qui cq̃ q̃d ignoret ſibi deliberandũ acciderit,habeat qui in-
trepide conſiliũ afferant,q̃s dignis honoribus honeſtet, & adulatores affe
ctos ignominia penitus abigat,ne plus malorũ improbitas q̃ bonorũ uir
tus & merita ab ipſo capere uideat̃. Xlviii.Si quẽpiam cõperiat cõpertũ-
ue habuerit in alios falſas calũnias machinatũ,eundẽ quaſi facinus admi
ſiſſet pœna mulctet, Xlix.Sibi ipſi non minus q̃ aliis imperet,nã id in pri
mis regiũ,ſi nulli oĩm uoluptatũ turpiter ſeruiet,quin immo ſic illas do-
mitas ſternat,ut illi magis quã ſubditi hoĩes pareãt, L. Neminẽ ſibi ſoci
um aut familiarẽ temere inconſulte ue diligat,ſeu eorũ conſuetudine dele
ctet̃,qui & uſui ſint pariter & ornamento. Li. Laudes nõ ex illis rebus ex
petat in quibus boni æque atq; improbi excellere poſſunt,uerũ ad gloriã
per uirtutẽ ſolã cõtendat. Lii.Hi honores ipſũ nõ efferant,q̃s populus pa
lam metu potius q̃ iudicio affert,ſed ciues cũ ſoli liberiq; de eo cogitant,
uirtutẽ mirẽt̃ potius q̃ fortunã. Liii.Abiectis in rebus nunq̃ lęticiã decla
ret ſed efficiendũ,ut ſolo magnarũ rerũ ſtudio affectus uideat̃. Liiii.Mo
res ita omni ex parte cõponat ut ipſũ ueluti ſpeculũ rectiſſimãq; uiuendi
normã ciues ſibi ipſis proponãt,Nã quid indignius q̃ priuatos hoĩes ho-
neſte ac moderate uiuere,reges aũt ipſos impure atq; turpiter? adde & id
exploratiſſimũ eſſe,ciuitates om̃es principũ ſuorũ uitã imitari ſolere pluri
mũ. Lv.Si ciuiũ o[illegible]es cũ modeſtia excreuiſſe cõſpexerit,hoc illi bene ad
miniſtrati regni certiſſimũ ſit argumentũ. Lvi.Liberos ſuos potius uir-
tutis uelit q diuitiarũ locupletes heredes relinq̃re.Hæ nãq; caſu q̃dẽ uel le
uiſſimo dilabunt̃,illa uero immortalis conſtans æternaq; permanet,item
diuitiæ gloria,non aũt gloria diuitiis cõparatur, & gl̃ia nunq̃ niſi uirtuti
cõiũcta eſt,diuitiis ꝟo ſępiſſime comes eſt imꝓbitas. Lvii.Veſte cęteroq;
corporis cultu ornato utat̃,In reliqua aũt uita molliores om̃es delicias re
pellat,ut illi qui eum extrinſecus oculis intuẽt̃, dignũ iudicẽt principatu,
qui aũt familiarius ſecretiuſq; diuerſant̃,ob ſingularẽ animi uirtutem atq;
modeſtiã,id ipſũ quoq; de eo ſentiant. Lviii,Si quid illi ſerio dicendũ fa-
ciundũ ue ſit,accurate prius illud penſitet. Lix.In declaranda modeſtia
carere q̃ abũdare malit,nam plus ſolet ea uirtus in egeſtate q̃ in copia opu

lentiaq; splẽdere. Lx.Vrbanũ & grauẽ pro loci & tp̃is opportunitate se
ipsum exprimat,& sicutraq; amplectat̃,ut id q̃d in utroq; inerit uitii peni
tus euitet,Nã alterũ regiũ,alterũ familiari consuetudini accõmodũ,& in
utroq; excellere difficilimũ,q̃s em̃ natura graues effinxit,hi a salibus atq;
faceciis in tristẽ quandã frigidãq; recedunt seueritatẽ,& contra quibus ur
banũ est ingeniũ atq; festiuũ,in paulo humiliores delapsi mores suæ digni
tatis fastigiũ grauitatẽq; amittunt. Lxi. Philosophia oĩm bonarũ artiũ
princeps,regem omniũ rerum quas scirę par & usus est gnarũ doctumq;
efficiat,hæc em̃ iter rationemq; monstrat,usus uero & exercitatio ad res
grandes facilitatem promptitudinẽq; suppeditat. Lxii.Quę tyrannis &
priuatis hominibus euenere,ea sæpius mente reuoluat, nam prudentius
de rebus futuris consulet,si quæ præterita cognouit,animo repetat. Lxiii
Statuas huiusmodi relinquat,quæ suarũ potius uirtutũ animiq; repræsen
tent imaginẽ,q̃ posteris liniamenta exprimãt.Nam indignũ est priuatos
q̃ plurimos mortẽ sponte oppetiisse,ut uita functi immortali laude p̃dica
rentur;reges aũt his studiis nullã operã dare,quibus uiui nomen suum lõ
ge lateq; celebratũ ualẽt illustrare. Lxiiii.In primis ciuitatem quã uel ma
xime incolit tutissimam seruet. Lxv.Si in pericula forte inciderit glorio
se malit pulchreq; mori q̃ turpiter ac fœde uiuere. Lxvi.Quicquid dicat
faciat cogitetue semper se regem esse meminerit,ut nihil unquã agat tãto
nomine indignum, Lxvii.Sicuti animũ natura non una cum corpore
interiturũ illi tradidit,ita enitatur pro uiribus,ut immortalem perpetuãq;
sui memoriã posteritati commendet. Lxviii.Asuescat insuper nihil inep
tum,nihil nõ decorũ,nihil non regiũ dicere,ne turpia loqui assuetus eadẽ
& aĩo sapere uideat̃. Lxix.Quæcũq; illi cogitanti ratio optima esse mõ
strauerit,eadem ut ab eo fiant operam det. Lxx.Clarorum uirorum res
gestas emuletur.ut quorum famam & gloriam admiratione prosequet̃,
eorum quoq; facta non minus imitet̃. Lxxi.Ea dicat faciatq; quæ libe
ris suis ut facerent consulerent. Lxxii.Nõ eos sapientes putet qui uel mi
nimis de rebus accurate contendunt,sed eos qui de maximis quã optime
sentiant. Lxxiii. Non fidem illis præbeat qui cum ipsi miseria ac egesta
te laborant,aliis tamen fœlicitatem non dubitant polliceri. Lxxiiii. Illis
credat potius qui modeste de se loquentes,seipsos & gratia & utilitate ho
minibus cõmendant, Lxxv.Eos aspernetur qui aut secundis elati casib⁹
aut aduersis depressi nullam ferre fortunã sciũt,admiret̃ aũt eos qui nullo
humanorũ casuũ turbine cõcussi,cõstãtes immotiq; oẽm fortunã p̃ferũt.
Lxxvi.Maxime aũt his animũ adhibeat qui tp̃ibus consilia sua accõmo
dent,cõtra aũt eos asperneť qui nulla aut tẽporũ aut actionũ habita ratio
de,de uniuersis confuse & indiscrete differunt, quo em̃ pacto alios sapien
tes efficiat,qui sibi nullo usui fuerit? Lxxvii.Mentatũ uirũ & rerum usu
cognitioneq; ualentẽ cũ nactus fuerit,hunc plurimi faciat,hunc colat.hũc

q̃ chariſſimũ ſibi ſeruet,non ignarus eum qui conſilio excellat,oĩm poſſeſ ſionum utiliſſimã,regiamq; in primis eſſe adeptũ. Lxxviii.Regnũ ſuum ampliſſimũ ab eo maxime effici ſperet,qui eũ ſapientiſſimũ reddere poſſit Lxxix.Ea munera penit⁹ aſpernet̃ q̃ ſibi pluris conſtãt a donãtibus accipi enti,q̃ ſi eadem a mercatoribus precio ſibi cõpararet. Lxxx.Ea uero maxime expetat pendatq; maximi,quibus q̃ utat̃ crebrius nec ullo intermiſerit tpe eo & minus trita & lõge ſibi commodiora p̃cioſioraq; reddent̃, & hęc ſiquidẽ q̃d ſola uirt⁹ & philoſophia donare poſſit exiſtimet,hæc pro inſtitutione regia.Quæ ſi quis ſiue imperator ſiue rex ſiue pontifex maximus ſiue antiſtes ſit diligenter obſeruauerit,recte eorũ quibus præſes a domino deo cõſtitutus eſt dñabitur.Ex his quoq; pręceptis a gentili & iã uere fidei cognitionis experte pręſcriptis facile chriſtianus princeps intelliget ſe a deo(qui ſolus omniũ optimus gubernator eſt)ordinatũ,non vt propriũ commodũ quærat,nec uoluptati,laſciuię aut uindictę ſatiſfaciat, ſed ut labore ſollicitudine cura prouidentia uigilia cõſeruet humanã ſocietatẽ & diuinũ augificet cultũ,ad q̃d Picus ſacratiſs.imp.cæſarẽ noſtrum adhortat̃. Fortis. ſumpta appellatione ſecundũ meliores philoſophos a fortitudine ꝟa qua q̃s circa honeſtã mortẽ (q̃ fit in bello honeſtatis gr̃a ſuſcepto,ut pro defenſione religionis diuinę,pro ſalute patrię aut parẽtũ) & ea oĩa quæ repente eueniunt & ipſam afferũt interritus eſt.Ea uero quę repente eueniunt ſunt pericula in bello ſubito emergẽtia,circa q̃ et mortẽ quę in bello fit dũtaxat fortitudo uerſatur.Nã ſi quis in mari aut alibi q̃ in bello imminentẽ inſperato mortẽ intrepido animo ferat, non ea ratione fortis dicendus eſt.Sunt aũt & fortitudines non uerę, quarũ modi quinq; tradunt̃.Primus eſt fortitudo ciuilis qua ciues ob legis increpationes opprobriaq; fugienda,honores ue conſequendos pericula ſubeũt,itaq; & q̃ futuræ pœnę metu idem faciunt.Secundus eſt fortitudo militaris,cũ quis propter experientiã periculis ſe exponit. Tertius eſt fortitudo ob irã cum quis ferarũ more in pericula ſe coniicit & is pugnax dicit̃,Quartus eſt fortitudo propter ſpem cũ q̃s uictoriæ ſpe fretus pericula adorit̃,Quint⁹ eſt fortitudo ob ignorantiã,cũ ob id ipſum q̃d ea ignoret periculorũ diſcriminibus ſe exponit. Recognoſcas. attentius conſyderes perfectius cognoſcas, Dona cœleſtia. ſuperna.Nã ut diuus teſtat̃ Iacobus.Nolite itaq; errare fratres mei dilectiſſimi,omne datũ optimũ & omne donũ perfectũ deſurſũ eſt deſcendens a patre luminũ,apud quẽ nõ eſt tranſmutatio nec uiciſſitudinis obũbratio. Rariſſima munera. triplicis ſubaudi boni,corporis & fortunæ,ut oĩb⁹ nota p̃tereo.Virtutes q̃q; ut in principio dixim⁹ in hoĩe raras,in principe rariſſimas tranſeo ſilentio,ne nimis temere & impudenter magis uidear uelle oculis adhuc meis lippientibus Apollinẽ cõtingere.Sed has olim fortaſſe q̃d promiſit illuſtris Picus noſter proſequet̃ latius & poſteritati in exemplũ tranſmittet.Itaq; maximus mundi princeps,maximũ literarũ noſtrę ætatis principem uirtutũ ſuarum ſcriptorẽ æq̃ſſimo iure & diuino pene nutu iudicabit̃ a lõgeua poſteritate fœliciter

adeptus. Celſæ. ſupremę. Dextræ. manus altiſſimi omnipotẽtis. Ve
rum quia plurima de deo corporaliter in ſacra ſcriptura ſymbolice myſti
ceqꝫ & ſignificatiue dicta cõperimus, ſcire nos decet, cũ nos ipſi ſimus craſ
ſo carnis indumẽto circũdati, nos minime poſſe diuinas & ſubtiles & im-
materiales dei operatiões aut intelligere, aut eloqui, niſi imaginibus & for
mis & ſignificatiuis noſtro more utamur ſignis, quęcũqꝫ igitur de deo cor
poraliter dicunt̃ ſymbolice ſunt dicta. Habet aũt altiorem intelligentiam,
ſimplex em̃ diuinitas & figurã nullã habẽs. Oculos ergo dei & palpebras
& uiſum uirtutẽ ipſius uniuerſorũ conſpectricẽ & q̊d nil eius cognitionẽ
effugiat intelligimus, eo ꝙ in nobis per hunc ſenſum perfectior cognitio
certiorqꝫ innaſcitur. Aures aũt & auditũ uirtutẽ eius propiciatricẽ, et nos
em̃ his ꝗ ſupplicationes porrigũt per hunc ſenſum mites ſumus, familiari
us eis aurem inclinantes. Os aũt & loquelã uim demonſtratricẽ uolũtatis
eius, eo ꝙ apud nos ꝑ os & locutionẽ in aperto facim⁹ cordis cogitatiões
Cibũ uero & potũ noſtrũ ad uolũtatẽ eius cõcurſũ, nã & nos per guſtato
rium ſenſum neceſſariũ naturę implemus appetitũ. Odoratũ uero uim ac
ceptatricẽ noſtræ erga eum intelligẽtiæ & beneuolentiæ, quia per hũc ſen
ſum in nobis aggignatur boni odoris ſuſceptio faciem per opera eius ſui
manifeſtationẽ atqꝫ apparitionẽ; eo ꝙ noſtra ipſorũ manifeſtatio per faci
em ſit. Manus uero efficacem uirtutẽ operatiõis ei⁹, nam nos utilia & ma
xime p̃cioſa adminiculo manuũ dirigim⁹, dexterã auxiliũ eius in proſpe
ris, eo ꝙ & nos magis in optabilioribus & p̃ciſioribus & plurima indigẽ
tibus uirtute dextera utimur. Tactũ uero certiorẽ eius minutiſſimorũ &
occultorũ cognitionẽ & diſquiſitionẽ, qui apud nos poſſint hi qui palpa
tu contrectant̃ in ſe ipſis quippiã occultare. Pedes aũt & inceſſũ auxilium
indigentiũ aut inimicorũ ultionẽ aut aliã quandã operationẽ, aduentũqꝫ
& pręſentiã, quia in nobis beneficio pedũ perficit̃ acceſſus. Iuramentũ ỽo
immutabilitatẽ conſilii eius, eo ꝙ apud nos contractus qui inuicẽ fiunt ꝑ
iuramentũ rati ſunt firmitatẽqꝫ habent. Iram aũt & furorẽ, odiũ & anim
aduerſionẽ aduerſus malignitatẽ & inimicitiã. Nã & nos aduerſantia uo
lũtati noſtræ odio habẽtes ſuccenſemus, iraſcimurqꝫ, obliuionẽ uero ſom
nũ & dormitationẽ dilationẽ ultionis ad inimicos & conſueti ad familia
res auxilii retardationẽ, & abſolute dicendo om̃ia de deo corporaliter di
cta occultã quandã intelligentiã notant, niſi quippiã de corporali diuini
uerbi uiſitatiõe dicat̃, ut eſt apud beatũ Damaſcenũ, diuũ Dionyſiũ, alios,
Barbã uellere. Prouerbiũ eſt ſumptũ a geſtu, quo ſummũ contemptũ ac
ludibriũ ſignificamus. Horatius ſermo. li. i. Barbã tibi uellunt laſciui pueri
Perſius. Iccirco ſtolidã præbet tibi uellere barbã Iuppiter. Idem alias. Si ci
nico barbã petulans nonaria uellit. Eſt illud q̊qꝫ mediũ oſtendere digitũ
ſumptũ a geſtu quo & ſupremũ quoqꝫ contemptũ ſignificabant. Eſt autẽ
ut mihi uidetur ſenſus. Fortis cæſar ne pigeat infidæ turbæ reddere refer
re & contemptũ illum maximũ & ludibriũ ſummũ, quæ hoſtica gens ob

lentã & tardã uindictã existimat sopita. extincta, remissa, nam o cęsar hęc sunt tua munia, hoc est officiũ tuũ (qd ut ingt Donatus) dicit quasi efficiũ ab efficiẽdo qd unicuiq; psonę cõuenit, gręce dicit καθῆκον uidelicet Stringere ensẽ. nudare. Pro legibus fidei. christianę, q̃ enũciatę sũt a christo dño uero & nõ amplius typico legislatore. Quanq̃ de ueritate christianæ fidei a ueteribus theologis nõ parũ multa scripta sunt, ad eandẽq; & asserendã & propagandã nõnulli ætatis nostri uiri doctissimi ualidissimas rationes scriptis mandauerũt, minime tñ illustris Picus noster alienũ putauit de fide & ordine credẽdi aliqt theoremata cõportare, qbus & ipsamet propugnaret fides & expugnaret impietas, & auũculus quoq; meus recẽtẽ pro re publica christiana apologiã edidit, uerę christianę ueritatis cultoribus haud quaq̃ ingratã. Putat Antonius Codrus pter diuinas fidei nrę leges reliquas oĩs tãetsi eas sacrosanctas audiuerit & legerit fabulas esse, Nã ut scribit siue ciuiles siue põtificales sint sępenumero mutat, q̃ nũc sũt olim nõ fuerũt, q̃ olim fuerũt nũc abrogatæ sũt. Pręterea nõ semp cõis lex esse põt, vñ opus est ut ab ęquo & bono qd gręci ἐπιεικὲς appellant, corrigat. Adde q̧ nõ oĩbus seruat, quare bene Solon siue ut alii Anacharsis dixit leges esse similes telis aranearũ q̃ minores muscas cõphẽdebãt, a maiorib⁹ lacerabãt, Astipulat uulgare dictũ, puos fures uili canabe & diobolari, magnos uero aurea cathena ligari. Ampli⁹ aliqd nobis est iustũ qd aliis est iniustũ, qd aliis iustũ nobis iniustũ uidet. Furari apud ęgyptios & Lacedęmonios honorificũ erat, nobis fures strãgulãt, nobis hoĩem occidere capitale est, anthropophagi carne humana uescũt, vñ & nomẽ sortiti sũt. Demosthenes contra Aristogitonẽ his uerbis sic legẽ describit, καὶ τοῦτό ἐστι νόμος ᾧ πάντες πείθεσθαι προσήκει διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστι νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. Quę Martian⁹ in. ff. de ll. latina sic fecit. Et hęc est lex cui omẽs decet obedire propter multa et uaria & maxime quia omĩs lex est inuẽtio quidẽ & donũ dei, dogma aũt omniũ sapientũ, coertio aũt oĩm uoluntariorũ & nõ uoluntariorũ peccatorũ, ciuitatis aũt cõpositio cõis secũdũ quã oĩbus cõuenit uiuere qui in ciuitate sunt. Alumnos. sectatores, Sultano subiectos, qui custodit nefarios ritus ab Arabo Maomethe traditos. Maomethis. Legislatoris Saracenorum, qui iniquã & mendacii plenam tanq̃ ex diuino ore prolatam legem composuit, & eam Alcoranum nominauit, uidelicet diuinorũ mãdatorum collectionem. Hic Maomethes supra omnes persecutores ecclesiam turbauit, Nam eam modo seua tyrannide, nunc aũt per deceptionẽ in legibus, tũ uero per hypocrisim simpliciores subuertẽdo percussit, adeo quod iam magnam partem orbis terrarum imperio suo pepererit. At hui⁹ impię legis Alcorani confutatio circũfertur, multa scitu lectuq; digna nec minus iucunda complectens, quæ pius lector probabit plurimum.

Insculpta cruce, quam ceu ipsius humanæ instaurationis instrumentum prisci illi suscepta fide christum ut par est arbitrantes deum esse debita ueneratione prosecuti sunt, suis omnibus insignibus prætulere, uti salutare signum extollentes, quod & Constantinus imperator & sibi & exercitui superne monitus impressit, antequam uictoria contra Maxentium potiretur, Labarumq; in christi crucem cõmutauit, de quo signo & Cassiodorus & Ruffinus meminere. Atq; Aurelius Prudentius contra Simmachum tali carmine. Christus purpureum signati textus in auro. Signabat Labarum. Quid autem sit labarum non temere' fortasse reperies, prę ter quam apud unum Sozomenem in historia. Bellicum enim signũ prodit inter alia preciosissimum, quod & pręcedere imperatores & a militib⁹ adorari solebat, mox commutatum a Constantino in signum crucis fuisse, quod & alibi illustris auctor noster obseruauit, Quę tibi. sunt iam tradita de sine cæsar. Alter ut insumat te contemnente. Adhuc pergit in finem usq; adhortari cæsarem ad expeditionem in gentem infidam.

Tu dudum lectus, nunc inuitatus, ad altos
Dirige (ne pigeat) fœlicia carbasa portus
Non deerunt equites, non instrumenta, fideles
Adsunt italiæ populi lectissima pubes
Viribus indomitis, instructas ecce phalanges
Tormenta, & celeres præstat germania currus
Et neruos belli, fauor ingens cœlitus, idem
Quo fretus iam pene puer certamine Gallos
Contundis latio, necdum diademate frontem
Contectus, multosq; domas, gens effera nuper
Rettulit arctoos inflictum uulnus in axes
Iam metuuntq; Getę, metuit q̃q; Maurus ut olim
Fugerat eoos indignabundus in ortus
Emoniis equitum Cumeus discinctus ab oris
Dum Carolus bello iam parthenopæa subiret
Mœnia magnanimis qui mox succumberet orsis
Cuius nec gessis Bisantia turba sarissas
Duxisset contra, refluus quoq; bosphorus udas
Veliuolam classem thracum excepisset in ulnas

Ter seruum memphis iure indignata tyrannum:
Cessisset Pharium uelamina torta tiaram.

Tu dudũ lectus. electus a spiritu sancto per organa principũ electorũ qrũ tres ecclesiastici,qttuor uero laici.Ecclesiastici sunt archiepiscop⁹ Magũtinus.Treuerensis.Coloniẽsis.Laici Palatinus comes rheni,dux Saxoniæ,marchio Brandeburgẽsis,& Bohemorũ rex,de qbus hi uersiculi sũt plebei.Moguntinensis treuerensis coloniensis. Quilibet imperii sit cancellarius horũ.Inde palatinus dapifer,dux portitor ensis. Marchio præpositus camerę,pincerna Boemus. Hi statuũt dñm cũctis per secula summũ, & hi uersus sublato altero & postremo immutato ponũt in glo.c.ad apostolicę circa finẽ,de re.iud.li.vi.Cæterũ uolunt scriptores & phibent regẽ Romanorũ triplici corona insigniri,Prima ferrea quã Aquisgrani recipit ab archipsule Coloniẽsi, qua significat fortitudo, illa uero cui⁹ paulo pri⁹ meminimus qua infidæ gentes & imperio inobedientes & rebelles cõculcandi sunt. Altera argentea quã italiã ingressus a Mediolanensi archiepiscopo in uilla Modœciẽsi accipit,& signat mundiciã & claritatẽ qua pfulgere debet imperator.Tertia uero puri est auri & defecati,quã a summo sacerdote in æde diui Petri ad arã beati Mauricii consequit,qua quidẽ declarat Roma.imperatorẽ aliis regibus & principibus oĩbus potentatu,iusticia,uirtute esse excellentiorẽ,qua de re loquit singularis glo.in c.Romani.§.i.de iure iur.in clemẽ. Nũc inuitatus. a deo optimo maximo pmystica signa. Fœlicia carbasa,uela. & intellige metaphoricos sacrosanctã in turcas & infidã gentẽ expeditionẽ.Carbasus secũdũ Priscianũ fœmininũ,secundũ Phocã masculinũ,secundũ Probũ uero & Caprũ in numero singulari cõmune,in plurali aũt neutrũ.Sunt aũt ut cõmentator Bononiensis in Propertiũ obseruauit lina miræ tenuitatis in Hispania primum reperta, Carbasinis uestibus Indi & Arabes corpora uelant,q̃ sunt auro purpuraq; distinctę ut ait Curtius.Ex carbaso fiebãt uela nauiũ q̃ & ipsa carbasa appellãt. Ad altos portus. ad sũmã trãquillitatẽ quã fœlicib⁹ hisce castris seuissimis fidei hostibus sũma comite uictoria deuictis una cũ salute rei publicę christianæ inclinatę reparabit.Quo facto quis uel gloriosior uel fœlicior unq̃ Maximiliano Augusto iudicabit,quorũdã romanorũ principũ ignauiã inertiãq; uindicabit,& ueterũ germanorũ uirtutẽ zelũq; erga religionẽ instaurabit.Erit hic secundus post beata feraq; fata rex gloriæ qui uirtute multa primogenitũ satanæ Maomethem eiusq; sectatores cõfringet,queãdmodũ dixim⁹ ipsũ tenebrarũ principẽ,sociosq; dæmones post aduentũ æterni regis gloriæ fugatos, impensius uisũ q̃ q; est multis & eruditis & experiẽtibus cunctatione Maximiliani unius rem restitui christianã,uti quõdã romanã cũctator Fabrici⁹ quicquid immodica infreniq; lingua nuper sacrificulorũ regulus quidã iniquissime calũniatus sit,cui nunc respondere nullus est nobis locus,q̃q̃ non suppresso nomine amantissimus mei q̃d illius ad me lr̃æ datæ accumulate præ se ferũt

& atteſtantur,quondã Thomas Vuolphius iunior pontificaliũ ll.doctor
fidi & imperatorię maieſtatis deditícii partes ſuasmõſtrauerit.Erat em̃ ho
mo ueritatis cultor,mẽdacib⁹ & teterrima ſolũ uerborũ colluuione cõui
tiis ęſtuãtibus exitialis hoſtis q̃tũ etiã in hoĩm media ętate literis potuerit,
morit̃ em̃ Romæ ante diẽ primitiæ diuulgatæ oſtendunt, & q̃ nondum
excepta meditata uident̃.Vñ mihi cũ Plinio nepote uidet̃ acerba ſemp̱
& immatura mors eorũ qui immortale aliquid parant,nam qui uolupta
tibus dediti,quaſi in diem uiuunt,uiuendi cauſas quotidie finiunt,Qui ue
ro poſteros cogitant & memoriam ſui operibus extendũt,his nulla mors
nõ repentina eſt,ut quæ ſemper inchoatum aliquod abrumpat.Cuius bo
næ memoriæ tale poſui epitaphium,quo is ſic affatur lectorem.

Triſte lupus nuper quem cui ſeruiuerat olim
Diues habet,cauſa eſt Roma quod oſſa tegit
Hoc unum gratum,diuum quod ſcriptus in albo
Tam cito ſum,nam non cætera iure tulit

Equites. Seuerus imperator cõſueuit equeſtrẽ ordinẽ appellare ſenatorũ
ſeminariũ iudicãdi ius aliqñ habuit.Vnde equites iudices appellati,dein-
de auctoritas noĩs uario ſeditionũ euentu ſubſtitit circa publicanos lege
Roſcia ius ſedendi in quarto decimo gradu theatri habebant,& quia ge
rendorũ annulorũ auctoritatẽ tenuerunt illuſtres ab hiſtoricis appellati,
olim ſexcẽti numero fuere,Hircius q̊q; Oppius ſplẽdidos uocauit(ut opi
nor a ſplendore auri)quo radiant̃.Et pariter Tacitus in rebus Claudii illu
ſtres uocat,Cenſus eq̃dẽ Romanorũ quadringentis ſextertiis uel quadrin
gentis millibus nummũ(nam idẽ eſt)conſtabat,unde ſubtiliter illũ locũ
Horatius in epiſtolis eſt executus,Si quadringentis ſex ſeptẽ millia deſũt.
Eſt animus tibi ſunt mores et lingua fideſq;,plebs eris,c⁹ ſenſus ſi quadrin
gentis ſex ſextertiis ſeptem millia nummũ.i.ſeptem ſextertia deerunt,ui
delicet unũ ſextertiũ uel mille nũmũ, quod tantũdem eſt ſi deerit tibi de
quadringẽtis eris plebeius,q̃uis habeas cætera equitis,ad idem luſit Mar
tialis li.v.Ingenium ſtudiumq; tibi moreſq; genuſq;, Sũt equitis(fateor)
cætera plebis habes.Plinius auũculus eius cenſus cauſam ſcripſit, Nec itẽ
illud mihi prætereundũ eſt ꝙ de ſe ſcribit Philelphus, q̊d ipſe ſolus ex oĩ-
bus latinis & ſe & cæteros qui calcaribus aureis enſeq; aurato donati ſunt
quæ habentur hac tempeſtate præclara militaris dignitatis inſignia,equi
tes auratos appellet,cum ita uocari nunq̃; a priſcis conſueuerit,itẽ primus
ferrea illa retinacula quibus equitãtes pedibus inſiſtimus innitimurq;,ſta
pedes nominaui a ſtando & pedibus. Inſtrumenta. arma bellica. Fi
deles. populi italiæ propter principatus & inclytas urbes ac ſtatus eius q̃
plurimos a ſacro romano imperio in feudum dependentes.Italia uero ex
duce,ut Virgilio & aliis placuit,nec ſolum id nomen ei ſed ex diuerſis du
cibus diuerſa, Nam & Ianicula & Saturnia & heſperia & œnotria & ali
ter etiam nuncupata.A Iano quidem ianicula,a Saturno ſaturnia,ab he

spero Atlantis fratre hesperia, ab Italo rege Siciliç italia, ab œnotrio rege Sabinorũ œnotria ut Varro uoluit, quanq̃ & a uino creditũ est illi nomẽ fuisse. Aristoteles septimo politicorũ, quo loco scribit comessationes pri- mũ fuisse repertas in italia, q̃ a Minoe cõstitutas in Creta Italũ œnotriæ regem italis nomẽ dedisse uoluit, qui prius œnotrii dicerent. Ausonia q̃q; & Tyrrhenia nuncupata quæ Saturni hospita magis ei contulit q̃ patria Creta a qua ui filii Iouis exulauit. Lectissima. electissima. Pubes. iuuẽ tus, quæ solet eligi & ad bellica munera obeũda mitti. Viribus indomi tis. sanguine adhuc in ea integro & efferuescente. Instructas. sua spõ te ad tam sanctam & necessariam expeditionem suscipiendam procliues.

Italia

Phalanges. peditum legiones. Est aũt ut Vegetius uoluit phalanx Ma cedonum græcorum & dardanorũ & unaquæq; illarum, octo millibus armatorum censebatur, usq; illi ita uti solebant, quemadmodum legiones romani cateruis galli atq; celtiberi consueuerunt. Stabile peditũ macedo num agmen uocatur phalanx apud Curtium, in qua inquit uir uiro arma, armis conserta sunt. Tormenta. uocabulum est generale tormentum ad omniũ machinarum saxa tela & id genus uaria iaculantium, de quib⁹ supra copiosius memini. Germania. & de hac quoq; abunde relatum est. Currus. quibus instrumenta militaria oppugnatoria & cõmeatus uehuntur, Neruos belli. pecuniam, tanq̃ in ea tota uis totumq; belli robur consistat, quanq̃ multi in hoc ipsum consentiant, mouet me tamen ætatis meæ exemplum, quo minus decætero considerem in eis qui spem omnem ponunt in diuitiis. Nam thesaurus maximus multis annis cõgre gatus fuit a non pœnitenda germaniç domo, quæ diues ob id uocabatur, ut fortunam suam saluarent, & omnia ad uotum contra emulos haberẽt. Tandem quia uerum fundamẽtum scilicet iusticia & timor domini utui sum est multis defuit, thesaurus ille nõ modo nõ cõseruationi quippiã cõ tulit, sed causa & occasio fuit subuersionis totius illius fortunæ. Fauor ingens cœlitus. a cœlo & superorum principe non astrorum potestate, de quo em̃ astrorum unq̃ dictum est Benedictum astrum q̃d docet man⁹ meas ad prelium, at scriptum legimus & psallimus & utinam sapienter. Benedictus dominus deus israel qui docet manus meas ad prelium & di- gitos meos ad bellũ. Iam pene puer uix adolescentiç limina ingressus Reportauit nanq; gloriosissimus cæsar noster sub ipsa uiridi sua iuuenta uarias celebresq; uictorias, quas lõgo etiã æuo obtinuisse fuisset gloriosũ Contundis gallos. conteris, confringis gentem a primis incunabulis in clytç Burgundionũ qui edui priscis uocabantur familiç, potentatui & for tunæ inimicam, Quo anno Carolus Burgũdus periit occupato mox eius principatu a gallis inuictissimus cæsar noster nondum Ro. rex electus pi etate filiæ Caroli iam uxoris commotus ingenti animo, parua manu, ma ximo impetu gallos hostes fudit, & profligauit, ac magna seruitute & pa triã ipsam cũ uxore liberauit, Memorãt ex pluribus quinq; difficilima bel

Ia quæ iuuenis admodū egit, uidelicet gallicū, cuius iam memini, Eburonicū. Sycambricū. Batauicū & Morinū q̄d ultimū oīm difficilimū plęrisq; omibus iudicař, nam eo nobilissimas gentes scientissimos bellicę rei populos urbesq; opulentissimas ad deditionē compulit, quo quidē adolescens magnanim⁹ quod nec Carolus socer nec Philippus eius prosocer uiri duces bellicosissimi consequi potuerūt fœliciter adeptus est, & uirtute multa & laborū miseriarumq; patiētia, quæ ūt Lucanus cecinit gaudet duris, Auunculus etiā meus singulare caput quod ordine est lix. de bellis Maximiliani fecit in epitomate rerū germanicarū. Latio diademate. Romani imperii corona potestate auctoritate, quod electus in regem seu imperatorē romanorū a principibus electoribus in cōcordia pōt statim ex ipā electione licite nomē regis assumere, ac iura & bona regni & imperii in italia et aliis ꝓuinciis regno et imperio subiectis administrare, maioris est professionis & eius cui nūc operā damus constituta mihi ad hoc a clemētissimo cæsare nostro pecunia subsidiaria. Gens effera. Boema, cuius & supra meminit contra quā cęsar fortissimus se in ipsa acie primus hostiū tela excipiēs obiecit. Fuit profecto gloriosissimus triumphus quē ex hac Boemica clade reportauit, in qua quidē tu splendidissime Iacobe Villinger tam ꝑclarā & plusq̄ memorabilē secūdū ipsum cæsarē operā militisq; interriti ac fortis officiū nauasti, ut sponte liberalissimus beneficentissimusq; cęsar pro imperatoria & innata potius munificentia te in primis clarissimo auratæ militiæ numero donatis aureis calcaribus ensesq; aurato adiecerit, insignibusq; gētiliciis & te posteritatēq; tuā iustā legitimāq; liberaliter ornarit, Non ita ut multis qui nunquā in acie fuerunt, nunq̄ castra exuta taceo uiderunt, nec unq̄ quēpiam (nisi in anilibus spectaculis & urbicis ludis) tubarū sonum audiuerūt. Tu uero secus, nam q̄d ante hoc memorabile bellum & in Pannonio oīm maxime, & aliis trib⁹ hoc ipsum præcedētibus, quibus semper uti strenuū addecet uirū affuisti didiceras, in hoc ipso fortiter omnino ostendisti munus interriti bellatoris, quam tuā laudē non fuit molestū in pręsentiarū referre obiter, qm̄ de literis ac literatis benemerit⁹ mihiq; amicitia non uulgari coniunctus. Gerę. Scythę species pro gn̄e. Indignabundus. uehemēter indignās, Cuneus. cuius acies ad cunei similitudinē fortissimę & agmine quadro efficaciores creditę, q̄bus usi thraces, Scythę. Macedones. Æliano auctore. Æmoniis. Thessalicis ab Æmone Pelasgi filio, ex q̄ Thessalus vn̄ thessalia. Diuidūt Æmoniā in quattuor partes pelasgiotin, thessaliotin, iolchitin & phthiotin, infames aūt latrociniis fuere thessali gręco prouerbio notati, qua de re Beroaldus sup asino. Carolus. Gallorū rex eius noīs octauus, Parthenopea. neapolitana, Neapolis olim parthenope ab tumulo syrenis appellata est, ut scribit Pli. Hanc Augustus postea neapolim esse maluit ut Solinus ait. Neapolis ꝟo idē est ꝙ noua ciuitas ut Strabo docet, Varro tn̄ scribit ꝙ ab ea græca uoce neapolis nouapolis ab antiq̄s nostris uocitata est, de qua plura Strabo.

Iacobus Villinger

Succumberet. ſubiat fortunæ mutatione, Orſis. ceptis, de quibus ampliter Beroaldus. Cantalicius & recētiores alii rerꝫ ſcriptores pluribus ꝟbis, at ſumma rei hęc eſt, Tradidit Ferdinādus ſenior regnū per manus Alphonſo iuniori, is eodē anno quo regnare cepit Gallorū metu regnum Ferdinādo filio reliquit. Galli qui Caroli octaui ductu bellū intulerāt Ferdinando eiecto om̄ia occupant Carolo abeunte intra annū Ferdinandus Neapolim cū regno recipit, receptā Fœderico patruo tradidit habendū, is a Lodouico rege qui Carolo ſucceſſit pellit̄, Galli demū ab Hiſpanis q̄ ex fœdere in regni partē uenerant, nō uno p̄lio uicti Caieta nouiſſime deiiciunt̄, & per hæc fortunæ uolumina pene plures numerant̄ reges q̄ anni a maioris Ferdinandi interitu q̄ rerū inconſtantia fecit, Morit̄ non multo poſt abſq; herede, de cuius repentino obitu cum pulchrū ſit & in eo Caroli cepta geſtaq; ſūmatim cōplectant̄, nō piguit apponere Roberti Gaguini epigramma. Nunc tandē agnoſco ſtultus mendacia mūdi. Et ſpes exiguas, dū punctū uiuimus æui. Congeries nos fallit opum, nos fallit & ætas, Nec fida eſt ullis quæſita potentia regnis. Deſerit elatos ſublimis gloria reges. Calcat & excelſum mors protenus atra tribunal. Inde fidē ſi uis, repetito funera Carli. Lata cuꝰ erant oēs poſſeſſio Frāci. Cui tremefacta caput ſūmiſerat Appula tellus. Britoq; depoſitis parebat ſubditꝰ armis. Quē ligur & veneti cōſulto Marte petitū, Terribilē ſenſere manu fortēq; duello Fornouii multo maduit dū ſanguine campus. Ille pila dū forte uidet colludere ſeruos. Confeſtim abripit̄, & uox occluſa fatiſcit. Vix quater aſpirans ſeptena uolumina ſolis. Emorit̄ ſine prole ſacrū diadema relinquens Iam rūpe alpes multorū effunde cruorē, Dilata imperiū, promitte palatia cœlo. Cuiq; domus terra eſt lōgo ſeruāda ſopore. Cuius nec geſſis. opportunū erit hoc loco telorū gn̄a & iaculorū afferre, quibuſq; noībꝰ apud ſuos populos cenſeant̄. Sunt igitur hæc q̄ apud probos auctores iaculorū uocabula cōperies, ſpari. cateię. frammeę. caiæ. rumigeſti. meſanculę. ſibini geſſa. ueruta. aclydes. romphęa. lanceæ. pila. ſariſſę. Nā & ſcibones & tragulas & telōes, haſtas, ſudes. phalaricas. iſſōs, faces, ſemiphalaricas, ceſtra, ſolliferrea & ſcorpios leges. Propria uero populorū hęc ſunt, ut doctiores fere cōſentiunt, frammeæ Germanorū, geſſa Gallorū. rōphea Thracū, lancea hiſpanorū, pila Romanorū, iſſi Boiorū, ſariſſę Macedonū, unde ſariſſophoros milites (qui cū Alexandro Macedone decertarūt) frequens apud græcos auctores inuenies, Sibinæ uero illyricorū, qui lanceā dicūt eſſe hiſpanicū, ſequunt̄ M. Varronē & Geliū. Nam Varro ipſe in libris rerū diuinarū lanceā aſſeruit nō latinū quidē, ſed hiſpanicū eſſe uerbū. Et ſi Pompeius Feſtus græcū eſſe hoc ſcribat, quod apud eos λόγχη pro haſta capiat̄ & λογχήτης ſatelles ſit, unde ridiculus error uulgi e ſacra hiſtoria emerſit Longinū temere credentis pro lancea, cū uerba euangeliſtæ aliter ut retulimus legāt̄, Cæſtron uero apud græcos teli genus quod in bello Perſico inuentū fuerit, ſicuti Sudæ collectanea probāt, quidā ex noſtris uiriculum

latine uocarunt, Sibinā quoq; inter ipſa tela relatū Sex. Pompeius teſtaṫ,
Sibina inquit apud Illyricos telū dicıṫ, uenabuli ſimile, de quo Q. Ennius
in Ro. annalibus meminit. Illyrici reſtant ſicis ſibiniſq; fodentes. Bizan
tia turba.. Byzantæ populi ab urbe Byzantio quā a Pauſania Spartano
rum rege conditā ferunt, & poſtea a Conſtantino (ut diximus) in maius
auctam, de hac Sudas ſic, τὸ ϐυζάντιον ἐπὶ σεβήρου τοῦ ϐασιλεως ρωμαί
ων τετείχιστο γενναίω τείχει πεποιημένω μυλίτη λίθω καὶ τὰ λοίπα, alii
ϐυζάντων ut ſcribit Stephanus urbs eſt inſignis propontidi adiacens, ex
oraculo condita a Byzante Croeſſæ Ius filia & Neptuni, dehinc Conſtā
tinopolis dicta, καὶ νέα ρώμη hoc eſt noua Roma, Eſt alia quoq; eius no
minis Aphricæ ciuitas, Martianus. Qui Byzantium incolunt in Aphrica
meſſes centeſimo incremento fœnerantur. Strabo Byzacium per c; v nde
byzacenus ager apud Solinum, Ptolemæus quoq; regionem Byzacitin
Stephanus byſſacitas & byſſacenos, Tu autē per byſantas turcos accipe,
quorum ſedes Conſtantinopolis thraciæ, unde & a recentioribus thraces
appellantur. Boſphorus. Boſphori ſunt duo anguſtiſſima freta quo
rum alter cymmericus appellatur, eſtq; inter mæotidem & euxinū cōtra
Europæ principium, de quo Ouidius. Alter thracius, cuius iam princeps
noſter meminit pars pontici maris prope byzantiū qui eſt inter Euxinum
& propontidem. Notum aūt eſt poſtq̄ Carolus rex breui rerum Neapoli
tani regni potitus, iamq; eſſet uulgo creditum, fortunam ei ancillam factā
& perinde conatui eius & potentiæ cum turcum tum ſultanum haud q̄q̄
obuiaturos, cōtra quos ſimulata religione exercitum ſe ducturum iacta
uerat, Sed e mente principis & auctoris noſtri illuſtris uiſum eſt aliter ſu
peris, qui hanc ſacroſanctam uictoriam cæſari noſtro & romanis aquilis
reſeruatam uoluerint, dū ſublata mora id negocii proſequatur. Mem
phis, famatiſſima ægypti metropolis, & declinatur memphidis & mem
phios, unde ciuis memphita & memphiticus poſſeſſiuum. Ter ſeruum
Sultanum accipe, qui non deligitur in regem priuſquā conſtiterit eum di
uenditum fuiſſe. Serui aūt ex eo appellati ſunt, ꝙ imperatores captiuos uē
dere iubent, ac per hoc ſeruare nec occidere ſolent, qui etiam mancipia di
cti ſunt, eo ꝙ ab hoſtibus manu capiuntur. Serui autem aut naſcuntur aut
fiunt, naſcūtur ex ancillis noſtris, fiūt aūt iure gentiū id eſt ex captiuitate,
aut iure ciuili, cum homo liber maior uiginti annis ad precium participā
dum ſeſe uenundari paſſus eſt, Tyrannum. ut rex ex pręſtantibus per
excellentiam uirtutis aut rerum geſtarum, quæ a uirtute proficiſcuntur,
aut excellētiam talis generis, q̄d ſcilicet huiuſmodi parentibus exortus ſit
ſumitur, nam regia poteſtas præſidium a populo æq̃s bonis manſuetiſq;
uiris factum eſt, Sic tyrannis ortum habet a populo, contra uiros inſignes
ut populo nihil officiant, ut licet ex his quæ in dies contingūt animaduer
tere. Traditum eſt ab Ariſtotele non parum multa de regia & tyrannica
gubernatione differente, Regis eſſe deiectionē faciliorem & eius in primis

qui per genus succedit, Si enim subditi nolint quod plærumq; contemnendi succedant, statim non erit rex, Sed tyrannum etiam nolentium esse, super quo loco latius apud Egidium romanum, et in commentariis politicis, et in de principum regimine libris haud quaquam negligendis. Cessisset, tradidisset. Pharium. ægyptum. Tiaram. pileum, galerum, per quem intelligo ęgyptiacum regnum quod hodie Sultanus occupat, sicuti & Arabiæ & Syriæ principatum detentat, Torta uelamina. constricta inuolutanter & implicate, appositiua locutio. qua non uno loco uenustissime usus est auctor noster illustris. Est aũt appositio immediata coniũctio substantiuorum cum alterum ponitur ad declarationem alterius. Et fit uel gratia restringendæ generalitatis uel remouendæ æquiuocationis uel proprietatis attribuendæ ut hoc loco, Tiara autem peculiariter utebãtur Persæ, ut monstat Herodotus. Fuit autem lunatæ formæ ut ex Sidonii carmine deprehendit, Flectit Achemenius lunatum persa tiarã, Serui9 super hoc boni poetæ sacerq; tiaras dicit pileũ fuisse phrygiũ, q̃ ipsi phrygum sacerdotes uterentur, Sed & diuus Hieronymus de tiara scribens, Quartum inquit genus est uestimẽti rotũdum pileolum quasi sphęra media sit diuisa, & pars una ponatur in capite, hoc græci & nostri tiaram, nõ nulli galerum uocant, non habet acumẽ in summo, nec totum usq; ad comas caput tegit, sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit, atq; ita in occipitio uitta constrictus est, ut non facile labatur ex capite. Est autem bissinum, & sic fabre operatum linteolo, ut nulla acus uestigia forinsecus pateant.

Appositio

Tiara

Nunc aquila expetitur rutilum quæ insigne triumphi
Per tanaim Nilum calidæ per rura Sienes
Perq; arabum campos ambustaq; solibus arua
Vectet ad auroræ populos, ad ditia regna
Sed uereor cæsar, ueteri ne quassa timore
Occiduum turbet subitis incursibus orbem
Hostica gens fidei, ueluti cum percita uoce
Euigilant nudo meditantur prelia dente
Turba canum, surdis si forte irritibus hostem
Nil arcent, nec baubatus effundere uanos

Contulit, insultum expediunt, quo territus hostis
Horreat, inq; illum possit formido referri
Rumpe moras, præstan uideat gangeticus armis
Cæsaris excindi Persas, non spernere hydaspem
Aut hypanim, pontes, patrios nec uisere saltus
Donec odoratos alacer conscenderit Indos

Nunc aquila expetitur. Aquila signum romani imperii, & per illam significat̄ romanus imperator cęsar nr̄ inuictissimus, cui ut diximus nō egregium modo hoc facinus, sed diuinū ab immortali deo reseruatū est, ipse enim uerus est catholicæ ecclesiæ patronus, Cæterum nulla inter huius aeris uolucres acutius & perfectius aquila solem intuetur, est enim uisus acerrimi, unde enatum uerbum aquilam noctuæ comparas, quo in Scazonte usus est epigrāmatarius, cui & datum est iuuentā renouare, vn̄ illud Psalmo centesimo secundo. Renouabitur ut aquilæ iuuētus tua. Hęc ut fertur senio non ægritudine sed aduncitate rostri perit, quam attritu petræ corrigit, positaq; senecta iuuenescit, alioqui in tantum superius accrescit rostrum, ut aduncitas aperiri nequeat, atq; ita conficitur fame, Aquilæ quoq; perhibent cum dracone naturale insitum esse odium, quippe qui et illi & pullis eius insidietur, nec ignorandum est hanc haliętum quasi ἁλιευτικὸν ἀετὸν id est piscatoriam aquilam uocari, quodq; implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogat aduers⁹ intueri solis radios, & si conniuentem flentemq; animaduertat, præcipitet e nido, uelut adulterinum & degenerem, illum uero cuius acies firma contra steterit educet, Et hoc scitu dignum aquilā uolare doces prouerbiū in eos competere, q̄ monere quempiam conantur in ea re in qua cum sit ipse exercitatissimus nihil eget doctore, nam aquila in uolādo primi loci habetur & pernicissimi uolatus, ita ut non modo superet omne uolatilium genus uelocitate, uerū etiam terrestrium animantium, quemadmodum delphinus inter pisces. Quib⁹ id etiam commune quod uterq; παιδεραστὴς esse narratur. Vulgi quoq; dictum est. Aquilam testudo uincit, quod quidē accipi potest aut per ironiam aut simpliciter ubi quis potentiorem arte uincit, & quod uiribus non potest assiduitate conficit. Contra autem qui rem arduam quæritat, quam tamen consequi non potest, aquilam in nubibus fieri dicunt. Quia uero ex Pliniana sententia annotauimus aquilam neq; senio neq; ægritudine oppetere, sed fame, & cætera. Hinc prouerbialiter aquilæ senecta in senes dictum est bibaces magis quam edaces, q̄ illi instar aquilæ quæ in tantum superiore accrescente rostro ut aperiri nequeat, tantum in (senecta bibit, & de preda sanguinem sugit, peculiaris

Aquila

sit bibacitas, Minuit enim uinum ætatis molestiam, unde Plato quoq; cū iuuenibus in totum interdixerit usum uini, uiris moderatum permiserit, senibus largiores compotationes concedit. Terentius in Heauton. uisa uero est q̄d dici solet aquilæ senectus, uerba sunt Syri adulantis hero, quod pridie strenue bibisset in cōuiuio, quid uero eius nominis reliqua sibi uelint adagia, qualia sunt aqlę senecta, coridi iuuenta, Aquila thripas aspiciens, aquila non captat muscas, aquilā cornix prouocat, adagionū scriptores consulat lector impiger, Insigne triūphi. signa, uexilla regis crucifixi, qui in cruce in quo est salus nostra uicit aduersarium & hostem humani generis ut copiose dictum est, Tranquillus dici existimat triumphū quia qui triumpharet triplici iudicio honoraretur, Primo em̄ exercitus de triumpho discernendo duci iudicabat, Secundo senatus. Tertio populus, Q2 uero saluatori nostro regum regi optimo maximo iure triumphus conuenerit, comprobatum est, quemadmodum & de trophęo. Per tanaim. qui Europam ab Asia disiungit, atq; ambarum fines utrinq; perlambens in Boream uersus per Sauromatas in Scythiam usq; atq; in Mæotidis paludem protenditur, oritur aūt ex Indiæ montibus auctoribus Dionysio & Strabone, hūc Flaccus discordem appellat, uel quia Europam ab Asia disterminat, uel propter populorum seditionem. Nilum. Oceanus qui ut fluuius quidam circūdans totam terram in quattuor principia id est in quattuor flumina diuiditur, nomen uni Phison hic est Ganges Indicus, & nomen secundo Geon ille est Nilus ab Æthiopia in Ægyptum descendens, & nomen tertio Tigris, nomen uero quarto Euphrates, & quia apud ęgyptios imbres sunt infrequē tes, & quam rarissimi, quia Nilus amnis unus omnium nullas expirat auras, nullos emittit halitus, prouidentia ideo factum est, ut quot annis pro imbribus alluat agros, & suo fœcundet incremento. Nili diuersa nomina eiusq; hostia grammatici poetarum enarratores latius referunt, copiosius uero his omnibus illustris auctor in hymnorum suorum commentariis non triuialiter scriptis. Calide quoniam est sub cancro iuxta torridam Zonam ciuitas Syene quæ prouintia Thebaidos post superiorum monitum deserta principium est, sub ipso æstiuo tropico constituta est, & eo die quo sol certam partem ingreditur cancri hora diei sexta, quoniam sol tunc super ipsum inuenitur uerticem ciuitatis, nulla illic potest in terris de quolibet corpore umbra iactari unde & Lucanus. Atq; umbras nusquam flectente Syene. Dicta a Syeno Daeti filio, unde Syenita, eius urbis meminit Pausa. Arabum. populorum in Asia inter Iudæam & Ægyptum, Est & Arabia ferax aromatū inter Persicū & Arabicū sinum, de quibus abūde meminerunt rerū scriptores, & auctor noster diligentius in hymnis, Sed hoc minime p̄tereundū censeo, q̄d apud Eustathium non parua lis est simplici ne litera an duplici scribi debeat arabiæ nomen, hinc auctoritate Hesiodi & Stephani unico r contentis, illinc contēdētibus aliis ex priuatiua particula lrę α & ῥάπτω

quod est suo cōflari nomē.utpote qm̄ Arabes ipsi uestes nō cōsutas indu erent,quare gemino r scribi debere nomē,ut in illo ἀῤῥικτὸς ἄῤῥητὸς ἀῤ-ῥάγης & similibus cæteris,& hanc opinionē putāt secutū forte Propertiū, Illa neqꝫ arrabiū metuit trāscendere limē,& iterū alibi.Nec quasi arrabio lucet bōbice puella,q̄d tn̄ ab enarratorib⁹ eius parū obseruatū est,sed illu stris auctor noster hic & alibi cōmuniorē secutus sententiā primā corripu it & unico r scripsit. Solibus, ardoribus,calorib⁹.Soles multitudinis nu mero uel pro diebus legimus ut apud bonū poetā.Tris adeo incertos ceca caligine soles Erramus pelago,uel pro solis splēdoribus & radiis,ut hoc Martialis.Hibernis obiecta locis specularia puros,Admittūt soles & sine fece dies,uel pro æstu calore & ardore solis ut hoc loco, & apud Horatiū inuenit̄. Auroræ. ex orienti soli subiectos,q̄s ideo auroræ uocat populos qm̄ solaris lucis initiū ab his primū uisit̄ qui sunt eius ortu propinquores. Aurora

Nihil aūt aliud est re uera aurora quā subrutilans ille aeris color ex appro pinquatione solis ad nostrū finitorē circulum quē græci dicūt horizonta, ubi em̄ solaris globus apparuit iā nō aurora sed dies est,radiis aerē collu-strantibus. Ditia regna. potētis uidelicet Asiæ. Occiduū orbē. occidē tales populos. Veluti.cōparatio. Canum. canes & duces dici in singu-lari certū est auctoritate M.Varronis in libris ad M.Ciceronē de latina lingua, qui & Q.Enniū in hoc & Luciliū aduocat,ex quo uersicul⁹ Ennia nus.Tātundē quasi fœta canes sine dentibus latrat.Sic cōperies etiā in ue terū scriptis frequenter trabes plebes & his similia.Iam & hoc ultimū mul to etiā frequentius reperit̄,cū & ipse q̄qꝫ poeta Ausonius(qui sub Valenti no Augusto floruit)sæpius protulerit,altero ac ei similibus usi sunt Neui⁹ Accius.Plautus.Attilius & alii,unde illud q̄qꝫ Q.Ennii uulgatissimū de argo naui,Vtinā ne in nemore pelio securibus cæsa cecidisset abiegna ad terrā trabes,& itē in eiusdē anna.Labit̄ uncta trabes remis rostrata ꝑ altū Baubat⁹,latrat⁹,deductū a ꝟbo baubo facticio,a uoce canū cū latrāt bau bau facīētes.Lucil.Et cū deserti baubāt in ædibus oēs. Expediunt.canes scili. Hostis.ipsorū canū. Horreat.horrore corripiat̄,atqꝫ ita in illū possit referri formido,quā in ipsos canes cōceperat,metaphora ut est non inele-gans ita oībus obuia,& ideo magnanime cæsar ne hostica gēs ꝑsentiat en sem tuū in eā exasperari,ne ue futuro malo ꝑsentanea remedia ꝓuidens præparet,rumpe moras procrastinationē,cunctationē,ut anteq̄ maledi-cta hæc gens excidiū sibi imminere,aut ex te sibi ꝑparari intelligat,ꝑsentē te habeat inopinatū q̄dāmodo & insperatū,ut Gangeticus. indicus,nā Gāges Indiæ fluuius maximus,qui ut iā dixi alio noīe phison dictus est, de q̄ apud Pomponiū Melā,alios. Præstan. Indici nomē oppidi forsan, cui⁹ tn̄ nec Plinius nec Strabo nec itē Ptolemæus q̄d ego sciā meminerūt Persas. de Persis q̄tū uidebat̄ annotauimus,nec hoc loco quicq̄ ultra ad demus.Nā rerū persicarū ueterūqꝫ gestorū cupidus Dionysiū. Herodotū aliosqꝫ requirat, Hydaspem. fluuiū Indiæ cuius aqua Curtio auctore de licatissima est,nomen sumpsit ab Hydaspe Medorū antiq̄ssimo rege, cui⁹

quoq; Firmianus meminit, Hypanim. Scythiæ fluuiũ ultra quẽ nõ pro gressũ Alexandrũ ferunt, tum propter oracula, tum propter exercitũ la boribꝰ defatigatũ, de q̃ Herodo. li. iiii. Est & eius nõis alius fluuius prope Borysthenẽ, de q̃ Strabo. Alacer. Pedianus exponens illud alacri atq; læto ex secũdo Verrinarũ. Alacer inquit siue alacris dicit̃ is qui ingredit̃ sensibus uniuersis, q̃d est indiciũ erecti animi atq; sublimis. Nam ecõtrario lacer dicit̃ amputatis corpore sensuũ mẽbris, hoc est auribus oculisue, quę ad animũ sæpe transferunt̃, ut plęrunq; afflicto aĩo sensibus non utamur erectis. Sic alacer dicit̃ is cui oĩs sensus in loco suo quisq; degat, uisu & au ditu intentus ut uultu indicet adesse animũ non syncerũ sensibus suis, qua re cognita illud quoq; intelligit̃ aliud esse alacrẽ, aliud lætũ. Sed placet ut hic exponas alacer id est festinans & properus. Sunt eñ qui alacrẽ dici pu tant quasi alis acrem. Conscenderit. superauerit. Odoratos. odo ratum est quod aliũde accipit odorem, ut odoratum templum, Odorum quod per se habet. Indos, Indi & Indici ab Indo fluuio maximo di cũtur, quem accolunt Scythenoti uel Indoscythæ, fluit a quodam Tauro mõte arctico oriẽtali, & in Notũ uergit, duobusq; hostiis ingredit̃ mare, & Deltã cõstituit, urbsq; in ea Patala a q̃ & Patalena insula cognomẽ ac cepit. Et deus gloriosus & superexaltatus in secula si uenit hora seruũ suũ Maximilianũ qui pro ecclesia christi filii sui uerę petræ mortẽ subierit li bens, nã ita mori est uitã inuenire instruat dirigatq; manus eius ad ꝑcuti endas sꝑbias malignorũ, qui & huic tantillo christiano mundo in tyran nide præsunt, & christi saluatoris nostri legi ceu orientis tyranni obaudi unt. Nã ut uerissime cecinit illustris Picus, nostris opꝰ est indicere bellum, Moribus in primis mox bella inferre profanis. Absoluimus tãdẽ dei gra tia clarissime Iacobe Villinger enarratiões nostras, nõ quidẽ ad dignitatẽ carminis, quis eñ arcana tanti uatis probe cuncta explicabit? Eius quidẽ literarũ principis & ueri uatis qui non omnẽ ætatẽ suã in syllabaria stru ctura absumpsit, sed & apud graues literas diuersatus est, Quod uel hoc carmen nostrũ apertissime cõmonstrat, in q̃ pro subiecto argumẽto altis simos scripturæ locos expressit, recõditas magis historias tetigit, Maroni ana ubiq; obseruata proprietate, Equidẽ non dubito quin plura desydera bit lector auidus. Ego nãq; haud aliter hũc suscepi laborẽ q̃ qui periculosa atq; ignota flumina tranaturi quibusdã quasi contis tentabundi amnẽ in grediũtur, Verũ quia tu splendidissime Iacobe Mecœnas meus præsidiũ meũ iam dudũ me ut aiũt totum & intus & in cute probasti, ꝑcipitatę & immaturę opellæ meæ quã uigiliis potissimũ nocturnis peperimus. Nãq; Iustinianus & Sceuola partes sibi a clementissimo Cæsare nostro in nobis destinatas, haud quaq̃ negligi uoluerũt uterq;, nõ nihil uenię cõcedes, quã & a plærisq; bonis, ubi intelligent me primũ septennali postliminio literis restitutũ, non impẽsis ꝑcibus impetrabimus. Sed forte fortuna ita cõpara tũ est, ut queadmodũ carmen ipsũ postliminio meditatũ est, sic & nostræ in id enarratiões quoq; iure postliminii annotarent̃. Cæterũ istos syllaba

rios phanaticos & laruatos ceu grauiorũ literarũ ignaros & in minutissimis quibusq; dentẽ exacuentes nihili curamus, nã ut illos multa sic & me quoq; ingenue fateor multo plura ignorare, semper eñ erit q̃d ignorabimus, non uni dat cũcta deus, uiderint igit̃ quo iure doctissimi & spectatis moribus p̃cellentes uiri religionis nostræ clarissima ingenia a barbaris e triuio erroris arguant̃, quorũ illi literatores titulos etiã referre uix norũt. Nihil eñ sine literis græcis in hoc omniũ maxime scribendi enarrandiue genere facimus, quanq̃ & ex hoc grege qñq; pollicitus quidã sit palam se traditurũ singulis singulo semisse græcę rudimenta grammatices, q̃d nec Codrus ipse græcissimus potuisset, sed nec ille potuit, Quare & nos quãdoq; eiuscemodi tetigimus obiter suo sibi facto, nam Sedulii. Iuuẽci. Aratoris. Prudẽtii. Alcimi, Sidonii. Fulgentii & similiũ quos hi errasse temere impudenterq; scribunt emulari exopto negligentiam potius, q̃ istorum obscuram diligentiã. Accipe igitur tui Iacobi IACOBE VILLINGER magnifice non aureum neq; argẽteum tributum, sed id q̃d q̃ te affectu & obseruantia prosequar luculenter attestatur. Ergo dum uacat & rerum non seria tractas. His animum mentemq; tuam quandoq; relaxa.

Tubingæ in ædibus Thomæ Anshelmi
Badensis. M.D.XII. mense Iulio.



tius inducun-

um
At
rè
e fi
ng p
t co
ntu
tic
refe
gni
agi
es
loq
tini
re,
d G
eroë
fim
qu
t bi
im,
mi g
rata
iusti
imi
t po
m,
fum
uid
ia fu
diue
ie v
n qu
uerb
nt,
a ta
t eff
opus
m d
afi
ant
duob
rini
æ in
nto
ores
um

bat, vnam tibiam inflabat: siquando synodio, vtranque. pares. Hæc ad verbum Diomedes.

Monodium est, quum vnus aliquis è scena cantum profert, nec chorus simul. *Monodium*

Seruius in illud Virgilij libro nono Aeneidos.

O veræ Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum.

Biforem, inquit, bisonum, imparem. Et seruauit eis tibiarum suarum naturam. Tibiæ autem Serranæ dicuntur, quę sunt pares, & ęquales habent cauernas: aut Phrygię, quæ & impares sunt, & inęquales habent cauernas. Ergo biforem, dissimilem, dissonum. Non enim sunt pari modulatione compositę. Vt enim ait Varro, tibia Phrygia dextra vnum foramen habet, sinistra duo: quorum vnum, acutum sonum habet, alterum grauem. Hactenus Seruius. *Tibiæ Serranæ, & Phrygiæ.*

Varro libro primo De re Rustica cap. secundo: Certè, inquit Fundanius, aliud pastio, & aliud agricultura, sed affinis. Et vt dextera tibia alia, quàm sinistra, ita vt tamen sit quodammodo coniuncta: quòd est altera eiusdem carminis modorum incentiua, altera succentiua. Et quidem licet adiicias, inquam, pastorum vitam esse incentiuam, agricolarum succentiuam, authore doctissimo homine Dicæarcho, qui Grecię vita qualis fuerit ab initio, nobis ita ostendit, vt superioribus temporibus fuisse doceat, quum homines pastoritiam vitam agerent, neque scirent etiam arare terram, aut serere arbores, aut putare, ab his inferiore gradu ętatis susceptam agriculturam. Quocirca & succinit pastorali, quòd est inferior, vt tibia sinistra à dextrę foraminibus. *Tibiæ dextræ & sinistræ.*

Scena, siue σκηνή, verti Latinè potest Vmbraculum, vel tentorium. Erat autem antiquis Scena, vmbraculum ex arborum frondibus, vmbrę causâ à rusticis excitatum: vbi festis diebus conuenientes, diuersa ludorum & iocorum genera exercebant. Id quod hodiéq; in pagis videmus plurimis in locis obseruari. Nam (vt olim ante vsum Theatrorum) scenę super plaustra ductilia extruuntur, ac per compita ductę, populo prębent fabularum oblectationem. *Scena.*

Theatra erant ędificia in populi gratiam extructa, ad hemicycli siue semicicirculi speciem, dicata ludis spectãdis. Latinè Spectacula possis dicere. sic enim à cõmodè prospiciendo ac videndo sunt appellata. θεατής, spectator θεάτρια, spectatrix: θεατρεῖον, καὶ θέατρον, spectaculum, theatrũ. Porrò, vt scribit Cassiodorus, theatri frons, siue ea theatri portio quę inter duo cornua protẽditur, Scena vocatur. Ita autem componebatur theatrum, vt eò conueniens, & ibi commodè sedens turba, è longinquo facilè spectare posset, concauo æqualíq; parietum circumiectu, vt vel leni sono dicta verba, ad alterum theatri caput facilius perferrentur. Ita enim erat conformatum, vt æquè gestus prospice- *Theatrum.* *Scena.*